Digitized by Google

BIBLIOTECA NAZ.
BIBL. NAZ.
152
L
68

Bibliotheca
M. Hyacinthi Theodori Baron,
Antiqui Facultatis Medicinæ
Parisiensis Decani, nec non
Castrorum Regis et Exercituum
Protomedici.

Digitized by Google

CATALOGVS BIBLIOTHECAE BVNAVIANAE

TOMVS III
SCRIPTORES HISTORIAE
ECCLESIASTICAE EXHIBENS, IN TRIA
VOLVMINA DISTRIBVTVS.

VOLVMEN I

HISTORIAM ECCLESIAE VTRIVSQVE FOEDERIS
VNIVERSALEM, IVDAICAM, PATRES ECCLESIAE, CONCILIA,
HISTORIAM NOVI FOEDERIS, ANTIQVITATES SACRAS; HISTORIAM
ITEM ROMANORVM PONTIFICVM, ORDINVM
RELIGIOSORVM AC MILITARIVM,
CONTINENS.




BIBLIOTECA NAZIONALE DI NAPOLI

LIPSIAE
IMPENSIS VIDVAE B. CASP. FRITSCHII
TYPIS BREITKOPFIANIS.
CIↃ IↃ CC LV.

Digitized by Google

Digitized by Google



L E C T O R I

S. D.

IOH. MICHAEL FRANCKIVS.

Hiſtoria Eccleſiae cum ea, quae ſtatum Regnorum et Rerumpublicarum ciuilem cuiuſque aetatis deſcribit, tam arcto ſororioque quaſi vinculo connexa eſt, vt altera ſine alterius ope percipi rite et intelligi prorſus nequeat. Nobis igitur, quum in condendo hoc Catalogo ſuprema lex ſit, eodem, quo cohaerent inter ſe, ſibique inuicem ſuccedunt ipſae artes et diſciplinae, ordine percenſere earundem Scriptores; poſtulare hic ipſe nobis praeſcriptus ordo videtur, vt, indicatis ſuperiori Tomo Hiſtoriae vniuerſalis adfiniumque ſcientiarum auctoribus, hoc ſuccedant ſtatim Scriptores Hiſtoriae eccleſiaſticae.

Digitized by Google

Abit iſta, quod inter omnes conſtat, in duas praecipue partes, quarum prima fata Eccleſiae foederis antiqui, ſiue gentis Iudaicae, ab orbe condito ad excidium vſque Hieroſolymitanum et diſperſionem iſtius gentis, continet. Quapropter rerum Iudaicarum Scriptores, praemiſſis iis, qui commentariis ſuis omnem hiſtoriae eccleſiaſticae, cum antiqui tum noui foederis, ambitum complexi ſunt, partem huius Tomi primam conſtituunt. Quum vero Iudaeorum gens, licet victa, oppreſſa, ſedibuſque priſcis depulſa, cum ſua Republica haud deſierit, quin potius adhuc per omnes ferme orbis partes diſperſa, iuſto Numinis iudicio, ſuperſit, fuerintque nonnulli, qui triſtia eius fata ad noſtra vſque tempora litteris tradidere, hos, quamuis pro temporum, quorum res exponunt, ratione, inferius collocandi fuiſſent, ad finem huius partis ſubiungere placuit, ne hiſtoria populi tot fere cladibus, quot Dei olim beneficiis illuſtriſſimi, diuelleretur. Vnum, quod hic moneam, reſtat, Scriptores antiquitatum, ſiue rituum ſacrorum et profanorum huius populi, quarum adminiculo carere nequit eiuſdem hiſtoriae ſtudioſus, iam Tomi hunc praecedentis Parte III. libro II. indicatos eſſe.

Altera hiſtoriae eccleſiaſticae periodus ſiue pars, cuius Scriptores ſecundam atque tertiam huius Tomi partem occupant, a CHRISTO nato ad noſtram vſque aetatem procedit.

Fontes, ex quibus haec hiſtoria, praeter ipſum Sacrum codicem, eſt petenda vnice et deriuanda, quod nemo ignorat, ſunt illi Scriptores eccleſiaſtici, qui ab auctoritate et praeſtantia Patres Eccleſiae appellari conſueuerunt, Conciliorum denique hiſtoria, decreta, et canones. Iure proinde quodam ſuo meritoque hi fontes noui foederis hiſtoriae praemittuntur, et Patres quidem, ſeruata primum diuiſione conſueta in Graecos et Latinos, ſecundum temporis, quo vixerunt, Concilia vero, ſecundum illius, quo habita ſunt, ordinem. Tempus illud, a quo Scriptores iſti eccleſiaſtici deſinunt Patres Eccleſiae incipiunt-

que

que Scholaſtici vocari, vt certo ſatis conſtitutum ab eruditis adhuc non eſt; ita, nemo, opinor, mihi actionem de termino moto intendet, ſi Graecos huius generis Scriptores in Catalogo ad Seculum vſque quintumdecimum, Latinos ad tertiumdecimum productos videat, quo vſque poſteriores etiam Catalogi Bibliothecae regiae Pariſienſis auctores produxerunt.

Sequuntur ipſi noui foederis hiſtoriae Scriptores, ea ſerie, quae quo magis ipſi rerum temporumque ordini conuenit, eo minus explicatione quadam aut excuſatione indiget. Poſſet tamen forte quiſpiam hic deſiderare claſſem aliquam Scriptorum, quae minime omittenda erat, et cui in quibuſdam bene ordinatis librorum indicibus, inter hiſtoriae N. T. auctores primus tribui locus ſolet, nimirum eorum, qui in illuſtranda Geographia eccleſiaſtica, quam vocant, operam poſuere. At ſunt iſtius generis Scripta, ſupra, Tomo II. Lib. II. Cap. VII. pag. 26. loco non minus atque hic ipſis conueniente, recenſita, quo lectorem ablegamus.

Egregie iuuat horum temporum hiſtoriam eccleſiaſticam, cognitio antiquitatum ſacrarum, ſiue rituum et ceremoniarum, quae ab aeuo inde CHRISTI et Apoſtolorum, in Chriſtianorum coetu inualuerunt. Quod ſi ita eſt, vt reuera eſſe nemo, niſi in hoc ſtudiorum genere plane hoſpes, ibit inficias, hiſtoriae apoſtolicae recte antiquitatum ſacrarum Scriptores adiunxiſſe cenſebimur.

Summorum porro Romanae Eccleſiae Pontificum, Cardinalium quos vocant, eiuſdem, ordinum item religioſorum ac militarium, hiſtoria inſignem ſibi locum in hiſtoria noui foederis vindicat. Habes, qui id argumenti tractandum ſibi ſumſerunt, huius Tomi Parte III. Libro IV. et V. longa ſerie enumeratos. Et Romanorum quidem Pontificum hiſtoriae ſubiecta ſunt, quae eidem illuſtrandae quam plurimum inſeruiunt, Scripta de Curia Romana et variis eiusdem, vt vulgo dicuntur, Officialibus, Tribunalibus et Collegiis. Ad res ordinum religioſorum quod attinet, quandoquidem quatuor potiſſimum receptas

 pro-

Digitized by Google

probataſque eſſe regulas generales conſtat, nimirum SS. BASILII, AVGVSTINI, BENEDICTI et FRANCISCI, ad quas viuunt omnes monachorum familiae, exceptis Carthuſianis, Ieſuitis, paucisque aliis, optimum factu viſum fuit, quatuor hiſce regulis, ceu norma in diſponendis ſacrorum ordinum Scriptoribus vti, ita, vt relatis ordinis cuiuſque primarii hiſtoricis, mox ſubſequantur, qui res minorum congregationum ſub eadem regula militantium exponunt, qua in re adiutum me quodammodo fuiſſe catalogo operi *Hippolyti* HELIOTI de ordinibus religioſis praefixo, fateor.

Excipiunt hos libro huius Partis ſexto, vitae Sanctorum et martyrum, tam iunctim editae, quam ſingulorum. Vitis quidem ſingulorum ex magnis iſtis collectionibus, SVRII, MABILLONII, *Actis SS. Antuerpienſibus*, aliiſque id genus libris, operoſe excerptis, nullus plane eſt viſus ordo alius, praeter alphabeticum, conuenire. Quod ſi enim ſecundum aetates, vel ſecundum loca, quibus vixere aut mortem ſubiere Sancti, vitas eorum, in talem, qualis hic eſt, referre indicem quis velit, volentem hoc incertitudo et obſcuritas vtriuſque ſaepe remorabitur. Denique illa diſponendi ratio, ſi vel maxime hic adhiberi ſe pateretur, certe laboris plus, quam vſus foret habitura. Id tamen ſedulo operam dedi, vt, ſi plures vnius eiuſdemque vitae extarent editiones, diligenter adnotarem, in quo recentiores praeſtent antiquioribus, num ex aliis petitae et emendatae codicibus, num illuſtratae notis vel commentariis, et cuius opera, ſint. De quibus omnibus, vt certior fierem, ſingulae vitae, antequam in Catalogum referrem, in voluminoſis iſtis de actis Sanctorum operibus aliiſque libris, euoluendae, inſpiciendae, immo ſaepius praefationes et commentarii praeuii perlegendi erant.

Hiſtoria Haereſium et Sectarum, quae omni tempore rem chriſtianam conturbarunt, in explicanda diſcendaque noui foederis hiſtoria, tantum momenti habet, vt huius ſtudioſo neceſſaria perquam ſit Scriptorum illius cognitio.

tio. Producuntur iſti Partis huius Libro VII. ea Seculorum ſerie, quibus ſingulae Sectae ortae primum ſunt, aut eſſe creduntur. In adſignanda ſua cuique aetate, tum alios, qui catalogos dederunt haereticorum, tum in primis Cl. *Auguſtini Georg.* RAKENII hiſtoriam haereticorum per tabulas deſcriptam, Lipſiae 1751. 4. editam, ſecutus ſum, caeteroquin parum de eo ſollicitus, quo iure quaue iniuria quis in cenſum haereticorum odioſum relatus ſit, dum meum non fuit, hiſtoriam ſcribere haereſium, ſed indicem conficere eorum, qui ſcripſerunt.

Latus his claudunt Scriptores hiſtoriae repurgatorum a *Mart.* LVTHERO Seculo XVI. ſacrorum, inter quos nemo mirabitur primum locum eos tenere, qui in rebus Albigenſium, Waldenſium et Huſſitarum exponendis verſati ſunt, ſi ſecum reputauerit, ab ea iamiam aetate, iſtiſque coetibus, renaſcentis doctrinae purioris primordia deducenda eſſe. Eius, quam LVTHERVS poſtea ſuſcepit perfecitque feliciter Sacrorum reſtaurationis hiſtoria, haurienda eſt ex ipſius LVTHERI et coaeuorum Scriptis; Inde eſt, quod haec, tamquam fontes, pariter ipſis de repurgata religione Scriptoribus hiſtoricis praemittenda duximus. Per annos, quibus nata primumque edita fuere, digeſta vides. Quae diſpoſitionis ratio, quantum in adſignando horum Scriptorum cuilibet vero anno, difficultatis et moleſtiae habuit, tantum et commodi habet, ſiquidem inſtituta eorum per annos eundo lectione, cognoſci certiſſime poteſt, quid ſenſerint docuerintque quouis tempore viri iſti, quorum opera conſiliiſque, vel adiutum eſt vel impeditum reſtaurandae religionis negotium.

Exſtant quidem, praeter hic adducta, Scripta illius aetatis quam plurima, in hac hiſtoriae parte occupato minime negligenda, vt foedera, conuentiones, Scripta de bello Smalcaldico, et id genus alia. Sed dum iſta ſtatum Germaniae illius temporis publicum, ciuilem pariter ac eccleſiaſticum, concernunt, non tam huius loci eſſe, quam ad futurum Scriptorum hiſtoriae Germaniae

indi-

indicem reſeruanda viſa ſunt. Neque vitas virorum, feruescente illo religionis negotio, illuſtrium, hic abeſſe quis reprehendet. Quem enim fugiat, in tractanda reparatae religionis hiſtoria, eos, qui de rebus geſtis CAROLI V. *Imperatoris*, FRIDERICI *Sapientis*, IOANNIS *Conſtantis*, IOANNIS FRIDERICI *Magnanimi*, Saxoniae Electorum, de vitis item hominum ea aetate doctrina et ingenio praeſtantium, vt MELANCHTHONIS, BVGENHAGII, BODENSTEINII et aliorum, expoſuere, in ſubſidium vocandos verſandoſque ſedulo eſſe? Quae omnia, quo ſint loco in hocce Catalogo quaerenda, norunt lectores de noſtri inſtituti ratione ſatis edocti.

Abſoluunt tandem hunc Tomum Scriptores de hiſtoria eccleſiarum, Graecae, Orientalium, et Slauonicarum, qui ſeparatum hunc ſibi flagitare locum videbantur, dum latius diffuſae ſunt iſtae nationes, quam vt, qui ſtatum earum deſcribunt eccleſiaſticum, ad certae regionis hiſtoricos referri potuiſſent. Reliqui vero hiſtoriae eccleſiaſticae particularis, ſiue certarum regionum, Scriptores, ſuo loco, cum aliis earundem hiſtoricis indicabuntur.

Copia productorum hoc Tomo Scriptorum, diſtribuere eundem in tria volumina, ne in nimiam excreſceret molem, ſuaſit, quorum duo poſteriora elaborata iam et, vt typis committantur, Lipſiam ablegata, proximis nundinis hiemalibus aut certo vernalibus, volente Deo, cum indicibus neceſſariis, in lucem proditura ſunt. Futuri etiam Tomi, qui hiſtoriae Germanicae Scriptores complectetur, quum iam bona pars digeſta ſit, cum intra anni circiter ſpatium, eo vſque perfectum iri, vt prelo tradi poſſit, ſperamus.

Ita vale, Lector beneuole, Illuſtriſſimoque Comiti, qui vſum Bibliothecae ſuae tam liberaliter ad omnes, abſentes aeque ac praeſentes, pertinere vult, mecum ſalutem perpetuam et incolumitatem precare. Dabam Nethnicii, in agro Dreſdenſi, d. xx. Septembr. CIↃIↃCCLV.

CON-

PARS I.

SCRIPTORES
HISTORIAE ECCLESIASTICAE
CVM VNIVERSALES, TVM VET. TESTAMENTI
EXHIBENS.

Digitized by Google

PARS I.

SCRIPTORES HISTORIAE ECCLESIASTICAE CVM VNIVERSALES, TVM VETERIS TESTAMENTI EXHIBENS.

LIBER I.

SCRIPTORES HISTORIAE ECCLESIASTICAE VNIVERSALES.

CAPVT I.

DE VTILITATE, PRAESTANTIA ET METHODO STVDII HISTORIAE ECCLESIASTICAE.

Io. Iac. GRYNAEI Epiſtola ad *Bartholom.* SCHACHMANNVM, de vtilitate hiſtoriae eccleſiaſticae ab EVSEBIO ſcriptae, [data ao. 1587.]

v. inter *Eiusd.* Epiſtol. ſelect. per *Abr.* SCVLTETVM edit. pag. 44-84. *Offenbaci, 1612, 8.*

Io. Andr. BOSII Oratio de hiſtoria eccleſiaſtica noſtro praeſertim tempore diligentius colenda, hab. ao. 1656.

v. cum *Eiusd.* Introduct. in notit. Scriptor. eccleſ. pag. 200-218. *Ienae, 1723, 8.*

Io. CLERICI Oratio de praeſtantia et vtilitate hiſtoriae eccleſiaſticae, hab. ao. 1712.

v. inter *Io. Erh.* KAPPII Oratt. ſelect. clar. Viror. pag. 334-361. *Lipſ. 1722, 8.*

Ioan. CHECCOTII Diſſertatio de hiſtoria eccleſiaſtica, habita in illuſtri Gymnaſio Patauino. *Venet. ap. Chriſtoph. Zane,* 1727, 4.

Chriſtiani ALETOPHILI Commentatio hiſtorico-theologica de Scripturae Sa-

 crae

Digitized by Google

crae atque antiquitatis eccleſiaſticae in Theologia vſu et auctoritate. Acceſſit Scriptorum pro antiquitate religionis euangelicae bibliotheca. *Ienae, ap. Io. Bern. Hellerum, 1735, 4.*

Iuſti Henningi BOEHMERI Diſſertatio de neceſſitate et vtilitate ſtudii hiſtoriae eccleſiaſticae in iuris eccleſiaſtici prudentia.

praemiſſa eſt *Eiusd.* Obſeruationibus ad *Petrum* de MARCA de concord. ſacerdot. et imper. pag. 1-14. *Lipſ. 1708, fol.*

M. de CLAVDE Conſilium de ſtudio hiſtoriae eccleſiaſticae recte inſtituendo, ex *Eius* Opp. poſthum. Tom. V. Epiſt. 19. excerptum et e Gallico in Latinam linguam translatum, per M. I. G. Z.

v. in *Chriſt.* THOMASII Hiſtor. ſapient. et ſtultit. Tom. II. pag. 145-158. *Halae, 1693, 8.*

Michele CASALI *Ragionamento ſopra lo ſtudio della Storia eccleſiaſtica.*

v. *nelle Miſcellanea di varie Operette,* Tom. IV. pag. 469-506. *Venet. 1741, 12.*

Io. Adami FLESSAE Oratio de ſtudio eccleſiaſtico per iniuriam e ſcholis exulante.

v. inter *Eiusd.* Commentatt. varii argum. pag. 209. *Altonae, 1744, 8.*

Friedr. Chriſtoph OETTINGER *Das wichtigſte in der Kirchen-Hiſtorie, nemlich das, woraus das Ius publicum diuinum hervorleuchtet, in einer kurzen Anzeige vorgelegt.* Stutgard, *bey Joh. Bened. Metzler, 1753, 4.*

CAPVT II.

SCRIPTORES HISTORIAE ECCLESIASTICAE VNIVERSALES VETERIS ET NOVI TESTAMENTI.

SVLPICII SEVERI Hiſtoriae Sacrae Libri II. ab orbe condito, ad annum circiter CD. poſt CHRISTVM natum, cum notis *Ioh.* VORSTII.

v. in SVLPICII SEVERI Opp. pag. 1-293. *Lipſ. 1709, 8.*

—— Hiſtoriae Sacrae libri II. cum *Caroli* SIGONII commentario, et variorum illuſtrium virorum, nec non *Ioh.* VORSTII animaduerſionibus ac notis.

v. in *Car.* SIGONII Opp. Tom. IV. Part. II. pag. 3-210. *Mediol. 1734, fol.*

Bartolomeo DIONIGI *Compendio hiſtorico del Vecchio e del Nuovo Teſtamento, cavato dalla Sacra Bibbia, nel quale ſi deſcrivono tutte le coſe notabili, che ſucceſſero nel popolo Hebreo, dalla Creatione del mondo, fino all' ultima deſtruttione di Jeruſalem, con la vita di* GIESV CHRISTO. In Venetia, *appr. gli heredi di Valerio Bonelli, 1588, 4.*

Iac. VSSERII Annales veteris et noui Teſtamenti, a prima mundi origine, vſque ad extremum templi et reipublicae Iudaicae excidium etc. *Genevae, ap. Gabr. de Tournes, 1722, fol.*

* Titulum operis pleniorem vid. ſupra huius Catal. Tom. II. pag. 127, a.

Timanni GESSELII Hiſtoria ſacra et eccleſiaſtica, ordine chronologico ex optimis Scriptoribus compendioſe digeſta, ab anno mundi ad annum CHRISTI MCXXV. Partes II. *Traiecti ad Rhen. typis Gisb. a Zyll et Theod. ab Ackersdyck, 1659, 4,* Voll. II.

—— Idem Liber, ſub titulo; Opera hiſtorica et eccleſiaſtica. Tom. I, II. *Ibid. typis Gisb. Zylii, 1667, 4,* Voll. II.

* Prae-

Digitized by Google

* Praeter titulum, nihil plane noui, huic editioni acceſſiſſe videtur.

Compendium hiſtoriae eccleſiaſticae, decreto Sereniſſ. Princip. ERNESTI, in vſum Gymnaſii Gothani, ex ſacris litteris et optimis auctoribus, libris II. compoſitum, et ab orbe condito ad noſtra vſque tempora deductum. *Gothae, ſumtu Io. Andr. Reyheri, 1723, 8*, Voll. III.

* Huius Compendii ao. 1660. primum editi, ea pars, quae hiſtoriam eccleſiaſticam veteris Teſtamenti ſiſtit, auctorem habuit *Vit. Ludov.* SECKENDORFIVM, teſte *Io. Fr.* BVDDEO in prolegom. ad hiſt. eccleſ. vet. Teſtam. pag. 44.

Ordinis Theologorum in Acad. Reg. Fridericiana Epicriſis apologetica in partem aliquam Hiſtoriae eccleſiaſticae recentioris, in compendio Gothano nouiſſime continuatae. *Halae Saxon. impenſ. Orphanotroph. 1726, 8.*

Ioan. MICRAELII Syntagma Hiſtoriarum Eccleſiae omnium, quo ab ADAMO Iudaicae et a Saluatore noſtro chriſtianae Eccleſiae, politiae, ritus, perſecutiones, transplantationes, halcyonia, doctores, ſynodi, haereſes, et ſchiſmata proponuntur. Editio quarta cum continuatione *Daniel.* HARTNACCII, qua nouas ſectas et ſchiſmata nuperrime exorta receuſuit. *Lipſiae, ſumt. Io. Lüterwald, 1679, 4.*

Natalis ALEXANDRI Hiſtoria eccleſiaſtica veteris nouique Teſtamenti, ab orbe condito, ad annum poſt C. N. 1600. et in loca eiusdem inſignia Diſſertationes hiſtoricae, chronologicae, criticae, dogmaticae, in VIII. Tomos diuiſa, ante quidem [ao. 1679.] per partes, nunc autem coniunctim et accuratius edita, rerum nouarum acceſſione, ſcholiis et indicibus aucta, illuſtrata, ornata. *Pariſ. ſumt. Ant. Dezallier, 1714, fol.* Voll. VII.

Eliae VEIELII Diſſertatio iſagogica in ſelecta hiſtoriae eccleſiaſticae capita, ſiue in Diſſertationes hiſtoricas *Natal.* ALEXANDRI. *Vlmae, ſumt. Geo. Wilh. Kühn, 1699, 8.*

Georg. HORNII Hiſtoria eccleſiaſtica, *Melch.* LEYDECKERI et *Daniel.* HARTNACCII notis et obſeruationibus illuſtrata. Accedit *Ludov.* CAPELLI compendium hiſtoriae Iudaicae, vna cum duplici hiſtoriae *Hornianae* ſupplemento, *Melch.* LEYDECKERI ad annum 1687. et *Io. Dan.* CRAMERI vſque ad praeſens ſeculum deducto. Editio noua recognita. *Francof. ad Moen. ap. Geo. Henr. Oehrling, 1704, 8.*

Antonii Le GRAND Hiſtoria ſacra, a mundi exordio ad CONSTANTINI M. imperium deducta. *Herbornae, typis Io. Nicol. Andreae, 1686, 8.*

Iani BIRCHERODII Lumen hiſtoriae ſacrae veteris et noui Teſtamenti, per tabulas aeri inciſas repraeſentatum etc. *Hafniae, typis Io. Phil. Bockenhoferi, 1687, fol.*

Erici BENZELII Breuiarium hiſtoriae eccleſiaſticae veteris et noui Teſtamenti. Editio tertia, cura *Erizi* BENZELII filii. *Vpſal. typis Io. Henr. Werneri, 1717, 12.*

Frider. SPANHEMII Hiſtoria eccleſiaſtica, a condito ADAMO ad aeram chriſtianam. Inſeruntur ſynchroniſmi inſigniores hiſtoriae exoticae.

v. in *Eiusd.* Opp. Tom. I. pag. 253-506. *Lugd. Bat. 1701, fol.*

—— Hiſtoria eccleſiaſtica a CHRISTO nato ad tempora reformationis.

v. ibid. pag. 507-1918.

Joh. Wilh. ZIEROLD *Einleitung zur gründlichen Kirchen-Hiſtorie, mit der Hiſtoria philoſophica verknüpft, vom Anfang*

Anfang der Welt bis auf unſere Zeit. Leipz. *und* Stargard, *bey Joh. Nicol. und Gottfr. Ernſt*, 1700, 4.

Gottfried ARNOLDS *Kurtzgefaſſte Kirchen-Hiſtorie des alten und neuen Teſtaments.* Leipzig, *bey Thom. Fritſch*, 1700, 8.

— *Ebendieſelbe.* Leipz. *bey Thom. Fritſch*, 1708, 8.

Io. Andr. SCHMIDII Compendium hiſtoriae eccleſiaſticae veteris et noui Teſtamenti. Praefatus eſt et ſupplementa addidit *Chriſtian Gottlieb* IOECHER. Pars I-III. *Lipſ. ap. Io. Frid. Gleditſch*, 1739, 8, Voll. III.

Nicol. HAASE *Hiſtoriſcher und nach der Zeitrechnung kurtz abgefaſſter Bericht von denen vornehmſten Kirchen-Bibel- und Religions-Geſchichten, ſo wohl des alten als neuen Teſtaments vom Anfang der Welt bis auf* LVTHERI *Zeiten.*

> *Iſt* Nicol. HAASENS *Teutſcher Bibel vorgedruckt.* Leipzig, 1707, *fol.*

Campegii VITRINGA Hypotypoſis hiſtoriae et chronologiae ſacrae, a mundo condito vſque ad finem Seculi I. Editio ſecunda correctior. *Leovard, excud. Franc. Halma*, 1716, 8.

Louis Ellies DV-PIN *Kurtzer Begriff der gantzen Kirchen-Hiſtorie, vom Anfang der Welt bis auf unſere Zeit* (1710.) *aus Frag und Antwort beſtehend, aus dem Frantzöſiſchen in das Hochteutſche überſetzt von* G. M. H. I-IV. *Theil.* Regenſpurg, *bey Jo. Zachar. Seidel*, 1713-1717, 8, IV Bände.

Chriſtian JVNCKER *Grundlegung zur Kirchen-Hiſtorie altes und neues Teſtaments, bis auf das Jahr* 1710. *ſamt angefügten curieuſen Fragen und einer umſtändlichen Erläuterung der Hiſtorie des Pietiſmi.* Hamburg *und* Leipz. *bey Sam. Heil und Gottfr. Liebezeit*, 1710, 8.

Georg. Henr. A LAMBRECHT Catena temporum veteris et noui Teſtamenti, hiſtoriam ab orbe condito ad annum CHRISTI 1714 connectens. *Viennae Auſtr. typis Andr. Heyinger*, 1714, 12.

Carl Friedr. DEGENKOLB *Gründlicher Unterricht von denen unterſchiedenen Kirchen-Regierungen Gottes im alten und neuen Teſtament nach Anleitung der heil. Schrift und Kirchen-Hiſtorie.* Budiſſin, *bey Dav. Richter*, 1715, 8.

Sam. Theod. SCHOENLAND *Catechetiſche Anweiſung zur Kirchen-Hiſtorie von Anbeginn der Welt, bis auf gegenwärtige Zeit.* Dresden, *bey Jo. Cph. Zimmermann*, 1716, 12.

Ioach. LANGII Hiſtoria eccleſiaſtica a mundo condito, vſque ad Seculum a CHRISTO nato praeſens, ſeu XVIII. deducta, et neceſſariis imperiorum, ac rei litterariae ſynchroniſmis inſtructa. *Halae Magdeb. impenſ. Orphanotrophei*, 1722, 8.

M. G. P. (*M. G.* PONERI) Cynoſura hiſtorico-biblica, *oder compendieuſe Bibel-Hiſtorie des alten und neuen Teſtaments.* Dresden, *bey Chriſt. Robring*, 1724, 8.

Auguſtin CALMET *Hiſtoire de l' ancien & du nouveau Teſtament & des Juifs, pour ſervir d'introduction à l' Hiſtoire eccleſiaſtique de l'* Abbé FLEVRY. *Tom. I-VII.* Paris, *chez Emery, Saugrin & P. Martin*, 1725, 8, Voll. VII. *avec des Cartes geograph. & figur. en taille douce.*

Frider. Adolphi LAMPE Synopſis hiſtoriae ſacrae et eccleſiaſticae, ab origine mundi ad praeſentia tempora, ſecundum ſeriem pe-

periodorum deductae. Editio altera auctior. *Traiecti ad Rhen. ap. Gisb. Paddenburg*, 1726, 8.

Jo. Jacob SCHMIDT *Bibliſcher Hiſtoricus, oder Einleitung zur bibliſchen Hiſtorie und deren fürnehmſten Theilen, der Geographie, Chronologie, Genealogie, Univerſal-Hiſtorie, bibliſchen Scribenten, Abgötter-Hiſtorie und Antiquitäten.* Leipzig, *bey Jac. Schuſter*, 1728, *groſs* 8.

Unpartheyiſche Kirchen-Hiſtorie alten und neuen Teſtaments, von Erſchaffung der Welt, bis auf das Jahr nach CHRISTI *Geburth* 1730. *darinnen von der Lehrer und anderer Scribenten, zu allen Zeiten, Leben und Schriften, von der Lehre aller Religionen, vom Gottesdienſt, Kirchen-Regiment, Ketzereyen und Trennungen, von äuſſerlichen und innerlichen Zuſtande der Kirchen* etc. *aufrichtig gehandelt wird* (*durch* Io. Georg. HEINSIVM, Ernſt STOCKMANN *und* Io. Andr. FABRICIVM.) II. *Theile.* Jena, *durch Joh. Bernh. Hartung*, 1735, 4, II Bände.

Conr. MEL *Kurtzer Begriff der Kirchen-Hiſtorie des alten und neuen Teſtaments, nebſt einem bibliſchen Gedächtnis-Buch.* Caſſel, *bey Jo. Bertr. Cramer*, 1738, 8.

LI-

Digitized by Google

LIBER II.

HISTORIA VETERIS TESTAMENTI, SIVE IVDAICA, AB ORBE CONDITO VSQVE AD CHRISTVM NATVM.

CAPVT I.

DE VERITATE ET PRAESTANTIA HISTORIAE IVDAICAE.

Adr. FRANCKENBERGERI Libellus de amplitudine et excellenti hiſtoriae propheticae dignitate, de cauſſis ad lectionem illius nos impellentibus et adminiculis. *Vitebergae, typis Simon. Gronenbergii, ſine anno, 8.*

Ioh. MEYERI Diſſ. de profanae hiſtoriae nouitate et incertitudine, deque ſacrae antiquitate, diuina origine, certa et indubitata veritate.

v. in *Eiusd.* prolegom. ad annotatt. Seder Olam ſ. Chronic. Hebraeor. pag. 121-147. *Amſtelaed. 1699, 4.*

— Diſſertatio de chronologiae et hiſtoriae Sacrae integritate.

v. ibid. p. 148-205.

Auguſtin CALMET *Diſſertation ſur l'excellence de l'Hiſtoire des Hebreux par deſſus toutes celles des autres nations.*

v. *dans* Son *Commentaire ſur la Bible, Tom. II. p. 31.* Paris, *1724, fol. & dans* Son *Hiſtoire de l'anc. & du nouv. Teſtament, Tom. VII. pag. 121-206.* Paris, *1725, 8.*

Gerardi CROESII ΟΜΗΡΟΣ ΕΒΡΑΙΟΣ, ſiue hiſtoria Hebraeorum ab HOMERO Hebraicis nominibus ac ſententiis conſcripta in Odyſſea et Iliade. *Dordraci, ap. Theodor. Goris, 1704, 8.*

Io. TOLANDI Origines Iudaicae, ſiue STRABONIS de MOYSE et religione Iudaica hiſtoria, breuiter illuſtrata.

v. cum *Eiusd.* Adeiſidaemone, pag. 99-199. *Hagae Comit. 1709, 8.*

Lettre de Mr. (Henri) MORIN *à* Mr. (Pierre Dan.) HVET, *touchant le livre de* TOLAND, *intitulé*; Adeiſidaemon et origines Iudaicae.

v. *dans les Memoires de Trevoux, An. 1709, Septembr. pag. 1589. & dans les Diſſertations recueillies par* Mr. TILLADET, *Tom. I. pag. 369-386.* à la Haye, *1714, 8.*

Io. Franc. BVDDEI Programma de origine gentis Ebreae, contra *Io.* TOLANDVM.

v. in BVDDEI Miſcellan. Sacr. Part. I. pag. 520-538. *Ienae, 1727, 4.*

Henr. Gottlieb REIME Schediaſma philologicum de hiſtoriarum et antiquitatum Iudaicarum fide. *Ienae, 1717, 4.*

David MILLII Oratio de variis virorum doctorum in antiquitatibus ſacris et orientalibus, erroribus, hab. ao. 1727.

v. in *Iul. Car.* SCHLAEGERI Faſciculo Diſſertatt. rarior. de antiquitatt. ſacr. et profan. num. I. *Helmſt. 1742, 4.*

Io. REISKIVS de Scriptorum Romanorum Iudaicam circa hiſtoriam falſis narratiunculis.

v. ibid. num. II.

Georg.

Georg. Caſp. KIRCHMAIERI Exercitatio ad TACITI Hiſtor. Lib. V capita priora, de rebus moribusque Iudaeorum.

v. in Celeb. SCHLAEGERI Faſcic. Diſſertatt. num. III.

Chriſt. WORMII de corruptis antiquitatum Hebraearum apud TACITVM et MARTIALEM veſtigiis, libri II. *Hafniae, typis Io. Phil. Bockenhofferi, 1693, 4.*

Io. Georg. ARTOPOEI Elenchus errorum a IVSTINO circa res Iudaicas, Libr. XXXVI. cap. II. admiſſorum. *Argentor. 1695, 4.*

et in laudato Faſcic. Diſſertatt. Celeb. SCHLAEGERI, num. IV.

CAPVT II.

SCRIPTORES HISTORIAE VETERIS TESTAMENTI SEV IVDAICAE GENERALES.

(*Flav.*) IOSEPHVS de Antiquitatibus ac de Bello Iudaico. (Latine, ex verſione RVFFINI.) *Venetiis, per Albertinum Vercellenſem, expenſis Octauiani Scoti et fratris eius, 1499, fol.*

Flav. IOSEPHI Antiquitatum Iudaicarum Libri XX. ad vetera exemplaria diligenter recogniti; De Bello Iudaico Libri VII ex collatione Graecorum Codicum caſtigatiores quam vnquam ante redditi; Contra APIONEM Libri II ex Graeco emendati et ſuppleti; De imperio rationis, ſiue de *Machabaeis* Liber vnus a *Deſid.* ERASMO *Roterod.* recognitus (editore *Sigism.* GELENIO.) *Baſileae, ex offic. Frobeniana, 1534, fol.*

— Antiquitatum Iudaicarum Libri IV priores, et pars magna quinti, Graece et Latine, cum exemplaribus MSS. collati et illuſtrati notis ampliſſimis *Eduardi* BERNARDI: Item Hiſtoriarum de bello Iudaico Liber primus et pars ſecundi, Graece et Latine ad Codices MSS. itidem recogniti et emendati. *Oxon. e Theatro Sheldon. 1700, fol.*

— Quae reperiri potuerunt Opera omnia, Graece et Latine, cum Notis et noua verſione *Ioh.* HVDSONI. Accedunt nunc primum Notae integrae, ad Graeca IOSEPHI et varios eiusdem libros *Eduardi* BERNARDI, *Iac.* GRONOVII, *Franc.* COMBEFISII, *Io.* SIBRANDAE, *Hendr.* ALDRICHII, vt et ineditae in vniuerſa *Fl.* IOSEPHI opera *Io.* COCCEI, *Ezech.* SPANHEMII, *Hadr.* RELANDI, et ſelectae aliorum. Adiiciuntur in fine *Caroli* DAVBVZ Libri II pro teſtimonio *Fl.* IOSEPHI de IESV CHRISTO, et eiusdem argumenti Epiſtolae XXX virorum doctorum, vt REINESII, SNELLII, *Io. Fr.* GRONOVII aliorumque, Philologicae et Hiſtoricae, vt et *Petri* BRINCH Examen Chronologiae et Hiſtoriae *Ioſephicae; Ioh. Bapt.* OTTII animaduerſiones ad IOSEPHVM et ſpecimen Lexici *Flauiani*; *Chriſt.* NOLDII Hiſtoria Idumaea, ſeu de vita et geſtis HERODVM etc. Omnia collegit, diſpoſuit, et poſt *Io.* HVDSONVM ad Codices fere omnes, cum impreſſos, tum manuſcriptos, praecipue Lugduno-Batavos, diligenter recenſuit, Notasque pasſim ſuas, et quinque in fine Indices adiecit *Sigebert.* HAVERCAMPVS. Tomi II. Am-

Amſtelaed. etc. *ap. R. et G. Wetſtenios etc.* *1726, fol.* Voll. II.

Henr. SCHARBAV. Obſeruationes *Baſnagianae* (ſiue ex *Sam.* BASNAGII Annal. polit. eccleſiaſt. excerptae) in *Flauium* IOSEPHVM (editionis *Hauercampianae*) quibus varia illuſtris Scriptoris loca illuſtrantur, vindicantur, emendantur.

v. in Bibliotheca Lubecenſi Vol. X, p. 202-245, Vol. XII, pag. 560-592.

Hiſtoire des Juifs, écrite par Flav. JOSEPH, *ſous le titre de Antiquitez Judaiques,* [*avec l'Hiſtoire de la guerre des Juifs, contre les Romains; La Réponſe à* APPION; *Le martyre des* Machabées; *La Vie de* JOSEPH, *écrite par* lui même, *& avec ce que* PHILON Juif *a écrit de ſon ambaſſade vers l'Empereur* CAJVS CALIGVLA.] *traduit ſur l'original Grec revu ſur divers Manuſcrits, par* Arnauld *d'* ANDILLY. *Tom. I-V.* Amſterdam, *chez Henri Schelte, 1703, 8,* Voll. V.

Flavii JOSEPHI, *des Hochberühmten Jüdiſchen Geſchichtſchreibers, Hiſtorien und Bücher: Von alten Jüdiſchen Geſchichten, zwantzig, ſamt eynen von ſeinem Leben: Vom Jüdiſchen Krieg und der Stadt Jeruſalem, und des gantzen Landes Verſtöhrung, ſieben: Von der Juden altem Herkommen wider* APIONEM, *zwey: Von Meyſterſchafft der Vernunfft und der* Machabeer *Marter, eins. Alles aus dem Griechiſchen Exemplar verteutſcht (durch* Conrad LAVTENBACH.) *Ingleichen* EGESIPPI *Fünf Bücher vom Jüdiſchen Krieg, durch* Ebendenſelben *verteutſcht.* Straſsburg, *durch Theodoſ. Ribel, 1611, fol.* mit Holtzſchnitten.

Decreta Romana et Aſiatica pro Iudaeis, ad cultum diuinum per Aſiae minoris vrbes ſecure obeundum, ab IOSEPHO collecta in libro XIV Archaeologiae, ſed male interuerſa et expuncta, in publicam lucem reſtituta ab *Iacobo* GRONOVIO. *Lugduni Batav. ex offic. Luchtmanniana, 1712, 8.*

Ioſephus Hebraicus, videlicet; Rerum memorabilium in populo Iudaico, tam pacis, quam belli tempore geſtarum, inprimis de excidio Hieroſolymitano Libri VI Hebraici, iuxta editionem Venetam. Collati ſunt Sex iſti libri cum exemplari Conſtantinopolitano, cuius partem *Sebaſt.* MÜNSTERVS Baſileae edidit, et Latine verſi a *Ioh. Frider.* BREITHAVPTO. Acceſſerunt *Eiusdem* Notae. *Gothae* et *Lipſiae, ap. Andr. Schallium, 1710, 4.*

*Hunc foetum, quamuis ſummi nominis viri, *Flauio* IOSEPHO indignum, recentiorisque eſſe auctoris, merito iudicaverint: Non incongruum tamen viſum eſt, IOSEPHO eum ſubiungere, ex quo, quidquid habet hic auctor, admixtis multis fabulis, corraſum eſt, teſte Cl. BVDDEO in Prolegom. ad Hiſt. Eccleſ. Vet. Teſt. pag. 14 et ſeqq.

Ioh. GAGNIER Animaduerſiones in nouam *Ioſephi* GORIONIDIS editionem a *Io. Frid.* BREITHAVPTO publicatam.

v. *in* Io. CLERICI *Biblioth. choiſie*, Tom. XXV, pag. 38-178.

Chronicon Hebraeorum Majus et Minus. Latine vertit et Commentario perpetuo illuſtrauit *Ioh.* MEYER. Accedunt *Eiusdem* Diſſertationes etc. *Amſtelaed. ap. Io. Wolters, 1699, 4.*

Auguſtini TORNIELLI Annales ſacri et profani ab orbe condito ad eundem CHRISTI paſſione redemtum. *Colon. Agripp. ap. Cornel. ab Egmondt, 1622, fol.* cum figg. aen.

Iacobi CAPPELLI Hiſtoria ſacra et exotica ab ADAMO vſque ad AVGVSTVM; demonſtrationibus mathematicis fulta et documentis ethicis locupletata. *Sedani, ex typograph. Io. Iannon, 1613, 4.*

Iacobi SALIANI Annales eccleſiaſtici Veteris Teſtamenti, in quibus res geſtae ab orbe condito ad CHRISTI mortem

per

per annos fere ſingulos digeruntur et explicantur, quibus connexi ſunt annales imperii Aſſyriorum, Babyloniorum, Perſarum, Graecorum, atque Romanorum. Tomi VI. *Colon. Agripp. ſumt. Anton. Hierati*, *1620-1624*, *fol.* Voll. III.

— Annalium Eccleſiaſticorum Veteris Teſtamenti epitome, in qua res ſacrae profanaeque, ab orbe condito ad CHRISTI in coelum aſcenſionem, per annos fere ſingulos digeruntur et explicantur. Editio nouiſſima emendatior. *Lugduni, ap. Iac. Faeton*, *1664*, *fol.*

Bonauenturae ROVSSEAV de BASOCHES Sacra per compendium Hiſtoria, a mundo condito vſque ad CHRISTVM natum. *Pariſ. ap. Tuſſan. du Bray*, *1634*, *8.*

Henr. SPONDANI Annales Sacri, a mundi creatione ad eiusdem reparationem. *Lutet. Pariſ. impenſ. Societat. typograph.* *1647*, *fol.*

Richard MONTAGV *The Acts and Monuments of the Church before* CHRIST *incarnate.* London, *by Miles Fleſher*, *1642*, *fol.*

Ioan. LIGHTFOOTI Chronica temporum et ordo textuum veteris Teſtamenti.
v. in *Eiusd.* Opp. Tom. I, pag. 1-150. *Vltraj. 1699*, *fol.*

Jacobi Du BOIS *Oude-Tyds Tyd-Threſoor, ende kerkelikke Hiſtorie, begrijpende de Geſchiedeniſſen onder Godes Volck voorgevallen, van des Weerleds Begin, tot op* JESV CHRISTI *Lyden en de Hemelvaart, ende den aanvang van de Tyden des Nieuwen Verbonds.* Tot Leyden, *voor Corncl. Banheyning*, *1650*, *4.*

Iac. VSSERII Annales Veteris et Noui Teſtamenti etc. *Genev. 1722*, *fol.*
* Titulum libri pleniorem vid. ſupra huius Catal. Tom. II, p. 127. Licet vero annalium Veteris et Noui Teſtamenti titulum opus hocce praeferat, non tamen vlterius, quam ad annum CHRISTI LXXIII, ſeu Templi ac Reipublicae Iudaicae excidium progreditur.

Antoine GODEAV *Abregé de l'Hiſtoire depuis* ADAM *juſqu' a N. Seigneur.*
v. *à la tête de* Son *Hiſtoire de l'Egliſe.* Bruſſell. *1697*, *8.*

Paſchal RAPINE de Sainte MARIE *La Chriſtianiſme naiſſant dans la Gentilité.* Tom. I, *de la foy des Gentils, où ſont expoſez les myſteres de la divinité ſelon la doctrine des Patriarches, des Egyptiens, des Perſes, de Druydes & des Nations.* Paris, *chez Edme Couterot*, *1655*, *4.*

— Tome II, *de la Religion des Patriarches etc.* Ibid. *1658*, *4.*

— Tome III, *de la Sainteté des premiers Siecles, de l'origine des Empires, de la vertu des plus grands Princes, & de la Sageſſe des Philoſophes.* Ibid. *1659*, *4.*

Chriſtiani SCHOTANI Bibliotheca Hiſtoriae Sacrae Veteris Teſtamenti, ſeu Exercitationes hiſtoricae in ſacram Scripturam et IOSEPHVM, per modum commentarii in Hiſtoriam ſacram SVLPICII SEVERI, diſtributae duobus Tomis, quorum *prior* ab ADAMO ad MOSEN, complectitur quinque Tractatus etc. *alter* procedit a MOSE ad CHRISTVM adventantem, id eſt euerſam ab HERODE *Haſſamonaeorum* dominationem. *Franequerae, ex offic. Ioh. Wellens*, Tom. I, *1662*, Tom. II, *1664*, *fol.* Voll. II.

Abrah. GVLICHII צבא העתים ſiue Theologia Prophetica de rebus Veteris Teſtamenti. Accedit praefatio, in eaque Hermeneutica ſacra bipertita. *Amſtelod. ap. Ioh. a Someren*, *1675*, *4.*

— Theologiae Propheticae *Pars II*, continens res geſtas ab aſcenſione CHRISTI in coelum, ad excidium Vrbis, Templi, et Reipublicae Iudaeorum, Opus poſthumum. *Ibid. 1684*, *4.*

—— Idem Liber. Partes II. Editio ſecunda infinitis mendis repurgata. *Ibid. 1690*, 4.

Melchior. LEIDEKKERI de Republica Hebraeorum Libri XII. *Amſtelaed. 1704*, *fol.*
Titulum plenum vid. ſupra huius Catal. Tom. II, pag. 386, b.

Guil. TVRCKII Specimen Hiſtoriae Sacrae a mundo condito ad exodum Iſraelitarum, vna cum primordiis gentium Aſſyriorum et Babyloniorum. *Halae in offic. Renger. 1712*, 8.

Humphrey PRIDEAVX *The Old and New Teſtament connected in the Hiſtory of the Jews and Neighbouring Nations, from the Declenſion of the Kingdoms of Iſrael and Judah to the Time of* CHRIST. *The Ninth Edition.* London, *printed for R. Knaplock and J. Tonſon, 1725*, 8, Voll. IV.

—— *Alt und neues Teſtament in eine Connexion mit der Jüden und benachbarten Völcker Hiſtorie gebracht, vom Verfall der Reiche Iſrael und Juda an, bis auf* CHRISTI *Himmelſahrth, aus dem Engliſchen ins Hochteutſche überſezt durch* Auguſt TITTEL, *I, II Theil.* Dresden, *bey Jac. Mart. Lobek, 1721*, 4, mit Kupfern, II Bände.

—— *Hiſtoire des Juifs & des peuples voiſins, depuis la decadence des Royaumes d'Iſrael & de Juda jusqu'à la mort de* JESVS CHRIST, *traduite de l'Anglois Tom. I-V.* Amſterdam, *chez Henri du Sauzet, 1722*, 8, Voll. V avec fig.

René Joſeph TOVRNEMINE *Eclairciſſemens ſur quelques endroits de l'Hiſtoire des Juifs de* Mr. PRIDEAVX.
v. *dans les Memoires de Trevoux*, An. 1727, Janv. pag. 5-36.

Lettre d'un Anonyme *ſur l'edition de l'Hiſtoire des Juifs par* Mr. PRIDEAVX *faite à Paris.*
v. *dans la Biblioth. Françoiſe*, Tom. VII, pag. 145-172.

Samuel SCHVCKFORDS *Harmonie der heiligen und profan-Scribenten in der Geſchichte der Welt, von der Schöpfung an bis zum Untergang der Aſſyriſchen Monarchie, nach dem Tode des* SARDANAPALVS, *und bis zum Verfall der Königreiche Juda und Iſrael unter der Regierung* AHATZ *und* PEKAH, *aus dem Engliſchen ins Teutſche überſezt von* Theodor ARNOLD, *und mit einer Vorrede, von der Maſſe, die man in exegetiſchen Muthmaſſungen zu halten hat, begleitet von* Chriſtoph WOLLE. *Vol. I-III.* Berlin *und* Potsdam *1731-1738*, 4, II Bände.

—— *Hiſtoire du monde ſacrée & profane, depuis la creation du monde jusqu'à la deſtruction de l'Empire des Aſſyriens* etc, *pour ſervir d'introduction à l'Hiſtoire des Juifs du* Docteur PRIDEAVX, *traduit de l'Anglois par* J. P. BERNARD. *Tom. I, II.* Leyde, *chez Jean & Herm. Verbeck, 1738*, 8, Voll. II.

*Hoc opus, licet ſecundum temporis, quo prodiit ordinem, inferius paulo pro huius Catalogi inſtituto, indicandum fuiſſet, a PRIDEAVXII tamen libro, in quem velut introductio eſt, et quocum vnum quaſi corpus conſtituit, ſeparandum non eſt viſum.

J. C. L. [Joh. Chriſt. LANGE] *Grundlegung zu einer realen Kirchen-Hiſtorie des alten Teſtaments* etc. *nebſt einer Vorrede von dem Methodo die heil. Schrift hieroglyphice zu erklären.* Leipzig, *bey Joh. Heiniehens Wittwe, 1717*, 8.

Ioach. LANGII Hiſtoria eccleſiaſtica Veteris Teſtamenti, a mundo condito per ſeptem periodos vſque ad CHRISTVM natum, cum iſagoge exegetica in libros ſacros praecipue hiſtoricos. Accedunt Synchroniſmi hiſtoriae exoticae, ciuilis et litterariae ſpeciatim philoſophicae. *Halae Magdeb. typis Orphanotrophei, 1718*, 4.

Ioh.

I
oh. Franc. BVDDEI Hiſtoria eccleſiaſtica Veteris Teſtamenti, ab orbe condito vsque ad CHRISTVM natum, variis obſeruationibus illuſtrata. Editio II. Tom. I, II. *Halae Magdeb. impenſ. Orphanotrophei*, T. I, *1719*, T. II, *1721*, 4, Voll. II.

William WOTTON'S *Diſcourſe of the Hiſtory, Religion and Laws of the Jews, now firſt publiſhed from his original Manuſcripts.*

v. in the Preſent State of the Republick of Letters, An. 1731, Voll. VII, pag. 5-26, 123-133.

La Monarchie des Hebreux, *par le* Marquis de SAINT PHILIPPE *traduit de l'Eſpagnol. Tom. I-IV.* * A la Haye, *chez Alberts & van der Kloot*, *1727*, *8*, Voll. IV.

Iſaac Joseph BERRUYER *Hiſtoire du Peuple de Dieu, depuis ſon origine, juſqu'à la naiſſance du Meſſie, tirée des ſeuls Livres Saints, ou le texte ſacré des livres de l'ancien Teſtament reduit en un corps d'Hiſtoire. Tom. I-VII.* Paris, *chez Knapen, Cailleau etc.* *1728*, 4, Voll. VII.

—— *Supplement à la premiere edition, de l'Hiſtoire du Peuple de Dieu, tiré de la nouvelle edition de* 1734, *contenant la Suite des Propheties de l'ancien Teſtament, l'Hiſtoire de* JOB, *les Cartes neceſſaires pour l'intelligence de l'Hiſtoire ſainte, des Sommaires chronologiques & une Table generale des matieres.* Paris, *chez Prault*, *1734*, *4*.

Exemplum iudicii reuiſorum in Collegio Romano Soc. Ieſu, de libro Gallico, cui titulus; *Hiſtoire du Peuple de Dieu*, etc. nunc primum ex MS. publicatum cura et obſeruationibus *Magni* CRVSII.

v. in Parergis Gottingenſ. Tom. I, Lib. I, pag. 81-93. *Gotting. 1736*, *8*.

John CAMPBELL'S *Hiſtory of the Old Teſtament, digeſted according to the Order of Time in which the ſeveral Things mentioned therein were tranſacted, connected with Profane Hiſtory, and illuſtrated with Notes* etc. *To which is prefixed the Life of* MOSES etc. *Adorned with Five very Curious large Copper-Plates repreſenting the Works of the Creation. Vol. I, II.* London, *print. for Olive Payne*, *1738*, *fol.*

[Bernard MAHY] *Hiſtoire du Peuple Hebreu, tirée de l'ecriture Sainte, depuis la creation du monde juſqu'à la ruine entiere de la Sinagogue ſous* TITE & VESPASIEN. *Tom. I-III.* A Liege, *chez Everard Kints*, *1742*, *8*, Voll. III.

Andr. Georg. WAEHNERI Antiquitates Ebraeorum, de Iſraeliticae gentis origine, fatis, rebus ſacris, ciuilibus et domeſticis etc. *Gottingae*, *1743*, *8*.

v. ſupra huius Catal. Tom. II, pag. 387.

Kern der Kirchen-Hiſtorie [*Altes Teſtaments*] *im weltlichen*, *geiſtlichen und Hauſs-Stande*, *nach Anleitung der* Rechenbergiſchen *Summarien und* Junckeriſchen *Grundlegung in Tabellen verfaſſt.* Leipzig *und* Torgau, *bey Joh. Gottlob Peterſell*, *1746*, 4.

Ludwig HOLBERGS *Jüdiſche Geſchichte von Erſchaffung der Welt bis auf gegenwærtige Zeiten*, *aus dem Däniſchen ins Deutſche überſezt von* Georg Aug. DETHARDING. I, II *Theil.* Altona *und* Flensburg, *bey den Gebrüdern Korte*, *1747*, 4, II Bænde.

Digitized by Google

CAPVT III.

SCRIPTORES HISTORIAE VETERIS TESTAMENTI, SIVE IVDAICAE SPECIALES.

SECTIO I.

HISTORIA CREATIONIS.

Conferendi hic in primis ſunt, qui in priora Geneſeos Capita commentati ſunt, in poſterum ſuo loco indicandi.

PHILONIS, *Iudaei*, Liber de mundi opificio, Graece et Latine, *Sigism.* GELENIO interprete.

v. in PHILONIS Opp. pag. 1-40. *Francof. 1691, fol.*

Nicolai ABRAMI Hexaemeron, ſ. de opere ſex dierum.

v. in *Eiusd.* Phato Veter. Teſtam. pag. 1-38. *Pariſ. 1648, fol.*

Chriſtiani SCHOTANI Heptaemeron, ſiue Hiſtoriae Sacrae apparatus, et veſtibulum, in quo modo Commentarii in Hiſtoriae ſacrae SVLPICII SEVERI principium, fuſe explicantur Creatio mundi, Paradiſi ſitus et ratio, Creatio hominis, ſtatus innocentiae et lapſus. *Franekerae, ex offic. Io. Wellens, 1658, 4.*

Ioh. Henr. HOTTINGERI Hiſtoria Creationis. *Heidelbergae, per Samuel. Broun, 1659, 4.*

Ioh. LIGHTFOOT Fragmentum Diſſertationis de creatione.

v. in *Eius* Opp. poſthum. pag. 123, 124. *Franequ. 1699, fol.*

Auguſtin CALMET *Diſſertation ſur le Syſteme du monde des anciens Hebreux.*

v. dans Son *Comment. ſur la Bible, Tom. V, pag. 262-271.* Paris, *1726, fol.*

Ioh. Frid. WVCHERER Hiſtoria Creationis, quatenus illa Geneſ. Cap. I continetur, obſeruationibus phyſicis illuſtrata. *Ienae, ap. Io. Rud. Cröckerum, 1729, 4.*

—— Quaeſtio ex hiſtoria antediluuiana, quo anni tempore mundus ſit creatus. *Ienae, 1710, 4.*

SECTIO II.

DE PARADISO.

MOSIS BAR-CEPHA Commentarius de Paradiſo ex Syriaca lingua tranſlatus ab *Andr.* MASIO.

v. in Biblioth. Max. Patrum Lugdun. Tom. XVII, pag. 457-500, et in Criticor. Sacror. Supplementis Tom. II, pag. 327-432. *Francof. 1701, fol.*

Io. HOPKINSONI Synopſis Paradiſi, ſiue Paradiſi deſcriptio, cum chorographica eiusdem Tabula. *Lugd. Bat. ex officin. Plantin. 1598, 4.*

et in *Tho.* CRENII Opuſcul. hiſtor. et philolog. Faſcic. II, pag. 1-38. *Roterod. 1693, 8*; et in *Blaſ.* VGOLINI Theſauro Antiquitat. Sacr. Tom. VII, num. XII. *Venet. 1747, fol.*

Nicolai ABRAMI Theophraſtus, ſiue de fluviis et loco Paradiſi, Liber.

v. in

v. in *Eiusd.* Pharo Veter. Teſtam. pag. 39-68. *Pariſ. 1646, fol.*

Aug. VARENII Trifolium hiſtoricum ſacrum de Paradiſo, Ophir, et SIMONE Mago. *Roſtoch. 1655, 4.*

Samuel. MARESII Diſſertatio de horto Hedenis.

v. in *Eiusd.* Diſſertatt. ſelect. Part. II, pag. 382-396. *Groning. 1663, 4.*

Sam. BOCHARTI. Delineatio breuis Paradiſi terreſtris, ex *Eiusdem* epiſtola ad *Ludov.* CAPPELLVM ſcripta ao. 1665, excerpta.

v. in *Steph.* MORINI Vita BOCHARTI, praemiſſa huius Geographiae ſacr. pag. 29, 30. *Lugd. Bat. 1692, fol.* et in *Blaſ.* VGOLINI Theſaur. Antiqu. Sacr. Tom. VII, Num. XIII. *Venet. 1747, fol.*

Io. OLEARII Diſſertatio philologica de Paradiſo. *Lipſ. 1668, 8.*

Matth. Frid. BECKII Schediaſma hagiographicum de locis Eden, Ophir atque Tarſis. *Ienae, 1676, 4.*

Steph. MORINI Diſſertatio de Paradiſo terreſtri.

v. in *Steph.* MORINI Vita BOCHARTI, pag. 9-28; et in *Blaſ.* VGOLINI Theſaur. Antiqu. Sacr. Tom. VII, Num. XIV.

Ioh. VORSTII Diſſertatio de Paradiſo.

v. in *Tho.* CRENII Faſcic. IV Opuſculor. ad Hiſtor. et Philol. Sacr. pertinent. pag. 306-335. *Roterod. 1694, 8;* et in *Blaſ.* VGOLINI Theſaur. Antiqu. Sacr. Tom. VII, Num. XV.

Guil. SALDENI Exercitationes II de horto Hedenis.

v. in *Eius* Otiis Theolog. pag. 309-323, pag. 594-608. *Amſtelod. 1684, 4.*

Michael. HOYNOVII Diſſertatio hiſtorica de Paradiſo. *Regiomont. 1684, 4.*

Pierre Daniel HVET *Traité de la ſituation du Paradis terreſtre.* Paris, *1691, 12.*

—— Tractatus de ſitu Paradiſi terreſtris, Latine factus, ab auctore recognitus et auctus.

v. in Criticor. Sacror. Supplem. Tom. II, pag. 739-788. *Francof. 1701, fol.* et in *Blaſ.* VGOLINI Theſaur. Antiqu. Sacrar. Tom. VII, Num. XI.

Io. Henr. MICHAELIS Diſputatio philologica de Paradiſo. *Halae, 1695, 4.*

Ioh. Theodor. HEINSONII Diſſertatio de Paradiſo, eiusque amiſſione et cuſtodia. *Helmſt. 1698, 4.*

Val. Ern. LOESCHERI Sententia de ſitu Paradiſi.

v. in *Vnſchuld. Nachrichten* An. 1702, pag. 776-782.

Hadr. RELANDI Diſſ. de ſitu Paradiſi terreſtris.

v. in *Eius* Diſſertatt. miſcell. Part. I, pag. 1-55. *Traj. ad Rhen. 1706, 8.*

Martin. CORSCH Diſſertationes philologico-hiſtorico-geographicae II, de fluuiis Paradiſiacis. *Regiomont. 1706, 1707, 4.*

Lettre de Mr. MALLEMANT *où eſt donnée l'évidente intelligence du 2 verſet du* VI. *Chap. de la Geneſe, & où le veritable Syſteme du Paradis terreſtre eſt établi contre le ſentiment de* CALVIN, *de* SCALIGER *& autres modernes.*

v. *dans les Memoir. de Trevoux,* An. 1707, Septemb. pag. 1635-1654.

Othonis VERBRVGGE Oratio de ſitu Paradiſi, hab. an. 1717.

v. poſt *Eiusd.* Obſeruatt. philolog. de nomin. Hebraeor. plurali num. pag. 1-35. *Groning. 1730, 8.*

Ioh. Vdalr. TRESENREVTERI Diſſertatio de Paradiſo igne deleto. *Altorf. 1735, 4.* et in *Eiusd.* Opuſcul. pag. 164-185. *Norimb. 1745, 4.*

SE-

SECTIO III.

HISTORIA PATRIARCHARVM AB ADAMO VSQVE AD DILVVIVM.

§. I.

SCRIPTORES GENERALES.

Georg. WICELII Catalogus Sanctorum Veteris Teſtamenti, Sacris e Bibliis erudite contextus. *Colon. ex offic. Io. Quentel, 1549, 8.*

Ioh. Thomae FREIGII Moſaicus, continens Hiſtoriam eccleſiaſticam 2494 annorum, ab orbe condito vſque ad MOSIS mortem. *Baſileae, per Sebaſt. Henricpetri, 1583, 8.*

Mart. STATII Martyrologium Archi-Patriarcharum, *oder Hiſtoriſche Erzehlung des vielfaltigen Creuzes der Ertzväter;* ADAMS, ABELS, NOÆH, ABRAHAMS, LOTHS, ISAACS, JACOBS *und* JOSEPHS. Dantzig, *durch Andr. Hünefeldt, 1622, 4.*

Iacobi BOVLDVC de Eccleſia ante legem Libri III, in quibus indicatur, quis a mundi principio vſque ad MOYSEN fuerit ordo Eccleſiae, quae feſta, quae templa, quae ſacrificia, qui miniſtri, quiue ritus et ceremoniae. *Lugduni, ſumt. Claud. Landry, 1626, 8.*

— Idem Opus. Editio ſecunda, correctione, diſpoſitione et rerum acceſſione multo illuſtrior. *Pariſ. ap. Ioſeph. Cottereau, 1630, 4.*

Nicolaus TALON *l'Hiſtoire Sainte.* [*depuis la Creation d'* ADAM *juſqu' à la mort de* MOYSE] *Seconde Edition.* Paris, *chez Sebaſt. Cramoiſy, 1641, 4.*

Chriſtiani MATTHIAE Hiſtoria Patriarcharum. *Lubecae, typis Ioh. Meieri, 1642, 4.*

Georg Caſp. KIRCHMAIERI Diſſertatio de imperio antediluuianorum. *Witteb. 1660, 4.*

Ioh. Henr. HEIDEGGERI de Hiſtoria Sacra Patriarcharum Exercitationes ſelectae. *Amſtelod. ap. Petr. le Grand*, Tom. I, *1667*, Tom. II, *1671*, 4, Voll. II.

Balth. BEBELII Eccleſiae antediluuianae, verae et falſae, ex antiquitatibus *Moſaicis* erutae et publicis Diſputationibus ventilatae in Academia Argentoratenſi. *Argentor. ſumt. Io. Reinh. Dulsſeckeri, 1706, 4.*

Georg. Henr. GOEZII Diſſertatio Hiſtorico-Theologica de reliquiis Patriarcharum Vet. Teſtam. *Lubec. 1710, 4.*

Hiſtoria Veteris Teſtamenti antediluuiana ex recentioribus Gallorum, Anglorum, Italorum, Germanorum, Belgarum etc. ſcriptis collecta et per compendium tradita atque ſelectis obſeruationibus illuſtrata a I. R. C. *Lipſ. ap. Phil. Wilh. Stockium, 1722, 4.*

Daniel. GERDESII Obſeruationes miſcellaneae ad loca quaedam Scripturae S. Hiſtoriam Patriarcharum illuſtrantia.

v. in Miſcellan. Duisburgenſ. Tom. I, Faſcic. IV, pag. 641, et Tom. II, Faſcic. I, pag. 137.

Au-

Auguſti Sigism. SEIDEL Diſſertatio Theologico-Philologica de progreſſu et incremento doctrinae ſalutaris inde a Protevangelio vſque ad NOACHVM, hab. ſub praeſidio *Io. Georg.* MICHAELIS. *Hal. Magdeb.* 1752, 4.

Gottfr. SPROTTA Diſſertatio de Patriarcharum longaeuitate. *Lipſ.* 1668, 4.

Caſp. DORNAVII Diſſertatio de cauſſis longaeuitatis Patriarcharum.

v. in Theſauro Theolog. Philolog. Tom. II, pag. 974-979. *Amſtelod.* 1701, *fol.*

* *

§. II.

HISTORIAE PATRIARCHARVM AB ADAMO VSQVE AD DILVVIVM SCRIPTORES SPECIALES.

Iulii BARTOLOCCII Diſſertatio de ADAMO, primo homine.

v. in *Eius* Biblioth. Rabbin. Part. I, pag. 65-80. *Rom.* 1675, *fol.*

Io. Henr. MAII Sciagraphia Philoſophiae ADAMI. (an. 1707.)

v. in *Eiusd.* ſelect. Exercitatt. philolog. et exeget. Tom. I, pag. 355-363. *Francof.* 1711, 4.

Georg. Henr. GOEZII de reliquiis ADAMI, ex *Eiusd.* Diſſ. de reliquiis Patriarcharum Vet. Teſtamenti excerpta.

v. in *Ioh. Alb.* FABRICII Cod. pſeudepigr. Vet. Teſtam. Part. I, pag. 53-62. *Hamb.* et *Lipſ.* 1713, 8.

Paul. Chriſtian. HILSCHERI Epiſtola de reliquiis ADAMI. *Dresdae*, 1711, 4.

et in *Io. Alb.* FABRICII Cod. pſeudepigr. Vet. Teſtam. Part. I, pag. 63-94.

Iuſti Godofr. RABENERI Diſquiſitio de loco exilii ADAMI.

v. in *Eiusd.* Amoenitat. hiſtor. philol. pag. 340-347. *Lipſ.* 1695, 8.

Io. Samuel LVPPII Diſſertatio de ſepulchro ADAMI. *Vitemb.* 1718, 4.

Io. FECHTII Hiſtoria CAINI et ABELIS, notis criticis, philologicis, hiſtoricis et theologicis illuſtrata. *Roſtoch.* 1708, 4.

Ioh. Andr. DANZII Diſſertatio de CAINI nomine, ad Geneſ. IV, 1.

v. in Theſaur. Theolog. Philolog. T. I, p. 123-130. *Amſtelaed.* 1701, *fol.*

Franc. FABRICII Diſſertatio de impoſitione nominis CAINI, ad Geneſ. IV, 1.

v. in *Eiusd.* libro inſcripto; *Chriſtus vnicum Eccleſ. fundament.* pag. 260-283. *Lugd. Bat.* 1717, 4.

De Sacrificiis CAINI et ABELIS, ad Geneſ. IV.

hi Scriptores ſuo tempore comparebunt in Catalogo libror. exeget.

Frid. Gotthelff GOTTERI Diſſertatio hiſtorica de Henochia, vrbe prima. *Ienae*, 1705, 4.

Salom. DEYLINGII Obſeruatio de vrbe Hanoch a KAINE aedificata.

v. in *Eius* Obſeruatt. Sacr. Part. III, pag. 19-24. *Lipſ.* 1726, 4.

Io. Leonh. RECKENBERGERI Diſſertatio philologica de vrbe Hanochia. *Ienae*, 1727, 4.

Franc. FABRICII Diſſertatio de impoſitione nominis SETHI ad Geneſ. IV, 25.

v. in *Eius* Libro inſcripto; *Chriſtus verum Eccleſ. fundament.* pag. 405-428. *Lugd. Bat.* 1717, 4.

Ioh. DRVSII Henoch, ſiue de Patriarcha HENOCH eiusque raptu et libro, e quo IVDAS Apoſtolus teſtimonium profert, vbi et de libris in Scriptura memoratis, qui nunc interciderunt.

v. inter Criticos Sacros Tom. VI, pag. 2029-2045. *Francof.* 1696, *fol.*

Digitized by Google

Aug. PFEIFFERI Exercitatio philologica de HENOCHO, ad Geneſ. IV, 22, hab. an. 1670. *Wittenb.* 1683, 4.

et in *Eius* Opp. Tom. I, pag. 519-542. *Vltraj.* 1704, 4; et in *Eiusd.* Dubiis vexat. Scriptur. pag. 972-1018. *Dresd. et Lipſ.* 1713, 4.

Frider. Iac. FIRNHABERI Diſſertationes III ſelectas de HENOCHO quaeſtiones continentes. *Vitemberg.* 1716, 4.

Franc. FABRICII Diſſertatio de Patriarcha ENOCHO.

Io. LAVNOII Inquiſitio in priuilegia Praemonſtratenſis Ordinis. *Lutet. Pariſ. ap. Edmund. Martinum*, *1658*, 8.

et in *Eiusd.* Opp. Tom. III, Part. I, pag. 444-584. *Colon. Allobr. 1732*, *fol.*

Norberti CAILLIEV Reſponſio ad Inquiſitionem *Io.* LAVNOII in priuilegia Praemonſtratenſis Ordinis. *Pariſ. ap. Freder. Leonard*, *1661*, 8.

Io. LAVNOII Cenſura Reſponſionis, qua Fr. *Norb.* CAILLOCIVS ſe mendaciis atque erroribus nouis irretiuit, ao. 1676.

v. in *Io.* LAVNOII Opp. Tom. III, Part. I, pag. 585-606.

Louis HVGO *Diſſertation ſur la Canonicité de l'Ordre de Prémontré.*

v. avec Sa *Critique de l'Hiſt. des Chanoines.* Luxemb. *1700*, 8.

* *

§. IV.

HISTORIA CONGREGATIONVM VARIARVM ORDINIS CANONICORVM REGVLARIVM.

A.) *Canonicorum Regular. S. Saluatoris Lateranenſis.*

Celſi de ROSINIS S. Apoſtolici Ordinis Clericorum Canonicorum regularium S. Saluatoris Lateranenſis Frigidionarii XII Reformatores. *Caeſenae*, *1652*, 4.

—— Lyceum Lateranenſe ſ. illuſtrium Scriptorum Ordin. Clericor. Canonicor. Regular. Saluatoris Lateranenſis Elogia etc. *Ibid. 1649*, *fol.*

v. ſupra huius Catal. Tom. I, Vol. I, pag. 619.

Conſtitutiones Lateranenſis Congregationis S. Saluatoris regularium Canonicorum S. AVGVSTINI. *Romae*, *typis Camerae*, *1629*, 4.

Marci MASTELINI Necrologium Monaſterii Viridis Vallis, Ordinis Canonicorum regularium S. AVGVSTINI, Congregationis Lateranenſis et Capituli Windezemenſis, in nemore prope Bruxellam. *Bruxellae*, *ex typograph. Ioan. Meerbecii*, *ſine anno impreſſ.* 4.

B.) *Congregationis Windeſemenſis et* S. GEORGII *in Alga.*

Io. BVSCHII Chronicon Canonicorum regularium Ordinis S. AVGVSTINI, Capituli Windeſemenſis. Accedit Chronicon montis S. AGNETIS, auctore *Thoma* a KEMPIS, vna cum vindiciis Kempenſibus *Herib.* ROSWEYDI pro libro de Imitatione CHRISTI. *Antuerp. ap. Petr. et Ioan. Belleros*, *1621*, 8.

Iac. Phil. THOMASINI Annales Canonicorum ſecularium S. GEORGII in Alga. *Vtini*, *per Nicol. Schirattum*, *1642*, 4.

C.) *Congregationis Gallicanae.*

Anonymi Tractatus de Ordine Vallis Scholarium, qualiter, a quibus, et quo tempore hic Ordo ſub Regula S. AVGVSTINI ſumſit habitum.

v. in *Phil.* LABBEI Noua Biblioth. MStor. Tom. I, pag. 391-394. *Pariſ. 1657*, *fol.*

Antiquae Conſuetudines Canonicorum regularium monaſterii S IACOBI de Monteforti

teſorti in dioeceſi Maclouienſi, ex MS. Cod. Eccleſiae Turonenſis.

v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſini* DVRANDI Theſ. nov. Anecdotor. Tom. IV, col. 1215-1230.

D.) *Congregationis Saluatoris in Lotharingia.*

[Gio. MARANGONI] *Compendio della vita del B.* Pietro FORIER, *Canonico Regolare &c. e Riformatore de' Canonici Regolari della Congregazione del Noſtro Salvatore.* *In* Roma, *per il Zenobii*, 1730, 8.

Erſte Zierde der von B. Petro FORERIO *aufgerichteten Congregation Unſrer Lieben Frauen, oder erbauliches Leben* Alexiae *Le* CLERC, *erſter Oberin obgemeldter Congregation zu Nancy in Lothringen, beſchrieben von einem Prieſter des Stiffts Polling* [Euſeb. AMORT.] München, *bey Jo. Jac. Vötter*, 1734, 8.

E.) *Ordinis fratrum Cruciferorum.*

Statuta antiqua in gratiam cruce ſignatorum edita.

v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſini* DVRANDI Theſauro Anecdot. Tom. IV, pag. 1189-1191.

F.) *Congregationis Rhenanae.*

Apollonii LVPI Bullarium Canonicorum regularium Rhenanae Congregationis S. Saluatoris, ſeu Congeries priuilegiorum ab Apoſtolica Sede et ab Epiſcopis eisdem conceſſorum etc. *Romae, typis Camerae Apoſtol.* 1730, *fol.*

G.) *Canonicarum Regularium et Secularium.*

Plan d'un Traité des Chanoineſſes ſeculieres & regulieres, par M. GIBERT.

v. *dans la Continuat. des Memoir. de Litterat.* Tom. VIII, pag. 220-225.

* *

§. V.

HISTORIA ORDINIS *EREMITARVM* S. AVGVSTINI.

Ioſephi PAMPHILII Chronica Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI. *Romae, per Georg. Ferrarium*, 1581, 4.

Thomae GRATIANI Anaſtaſis Auguſtiniana, in qua Scriptores Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI, qui abhinc Saeculis aliquot vixerunt, vna cum neotericis in ſeriem digeſti ſunt. *Antuerp. typis Hieron. Verduſſii*, 1613, 8.

Georg. MAIGRETII Martyrographia Auguſtiniana. Editio noua auctior. *Antverp. ex officina Hieron. Verduſſii*, 1625, 8.

Corn. CVRTII Virorum illuſtrium ex Ordine Eremitarum D. AVGVSTINI, Elogia, cum ſingulorum expreſſis ad vivum iconibus. *Antuerp. ap. Io. Cnobbarum*, 1636, 4.

Chriſtiani LVPI Quaeſtio quodlibetica de origine Eremitarum, Clericorum ac Sanctimonialium S. AVGVSTINI, deciſa ex ipſo S. AVGVSTINO aliisque SS. Patribus.

v. in *Eius* Opp. Tom. XII, pag. 1-78. *Venet.* 1729, *fol.*

Phil. ELSSII Encomiaſticum Auguſtinianum, in quo perſonae Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI, ſanctitate, praelatura, legationibus, Scriptis etc. praeſtantes

ſtantes enarrantur. *Bruxell. ap. Franc. Viuienum*, *1654*, *fol.*

Vita *Nicol.* BESLERI Auguſtiniani ab *Ipſo* conſcripta, ex autographo eius, vbi de ſtatu et calamitate Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI, potiſſimum tempore reformationis, ſingularia multa commemorantur.

v. *in der Samml. von alten und neuen Theol. Sachen*, An. 1732, pag. 356-371.

Felicis MILENSII Alphabetum de Monachis et Monaſteriis Germaniae ac Sarmatiae citerioris, Ordinis Eremitarum S. AVGVSTINI. *Pragae typis Caſp. Kargeſii*, *1614*, 4.

Ambroſ. LANDVCCII Sacra Ilicetana Sylva, ſiue origo et Chronicon breue coenobii et congregationis de Iliceto, Ord. Erem. S. P. AVGVSTINI in Tuſcia. Additis elogiis cum notis, pro his, qui ſancte et inſigniter ibidem germinarunt. *Senis*, *apud Bonettos*, *1653*, *fol.* cum figg.

Ioach. BRVLII Hiſtoriae Peruanae Ordinis Eremitarum S. P. AVGVSTINI Libri XVIII, ſeu de rebus ibi per Auguſtinianos egregie geſtis. [*Antuerp.*] *ap. Guil. Leſteenium*, *1651*, *fol.*

*

Vitae ſingulares Virorum quorumdam illuſtrium Ordin. Erem. S. AVGVSTINI.

Dan. PAPEBROCHII de B. CLEMENTE, Eremitarum S. AVGVSTINI Generali, breuis Commentarius.

v. in Actis SS. Antuerp. April. Tom. I, pag. 804, 805.

Vita B. *Auguſtini* NOVELLI, Prioris generalis FF. Eremitarum S. AVGVSTINI, auctore coaeuo, ex MSS. Senenſi et Piſano, cum Commentario praeuio et notis *Dan.* PAPEBROCHII.

v. in Actis SS. Antuerp. Maii, Tom. IV, pag. 614-626.

Vita B. *Angeli* a FVRCIO, Ord. Eremit. S. AVGVSTINI, auctore *anonymo*, ex MS. Neapolit. cum Commentario praevio et notis *Io.* BOLLANDI.

v. in Actis SS. Antuerp. Febr. Tom. I, pag. 927-931.

Vita B. *Ioannis* CHISII, Ord. Eremit. S. P. AVGVSTINI. *Antuerp. apud Henr. Aertſſens*, *1641*, *12.* cum figg. aen.

Petri *de* BRETAGNE *Kurtzer Auszug des Lebens des Heiligen* Nicolai *von* TOLENTIN, *Eremiten-Ordens des Heil. Vaters* AUGUSTINI, *aus dem Frantzöſiſchen in das Teutſche überſetzt von* Franc. WESTERMAYR. München, *bey Mar. Magdal. Riedlin*, *1724*, *8.*

* *

§. VI.

HISTORIA ORDINIS S. *DOMINICI* SEV FRATRVM PRAEDICATORVM.

A.) *Vita S.* DOMINICI.

B. IORDANI, coaeui, Vita S. DOMINICI, cum additionibus ex B. HVMBERTO, *Bernardo* GVIDONIS et ex aliis actis.

v. in *Iac.* QVETIF et *Iac.* ECHARDI Scriptor. Ordin. Praedicator. Tom. I, pag. 2-24. *Pariſ. 1719*, *fol.*

— Eadem, ex MS. cum Commentario praeuio et annotationibus *Guil.* CVPERI.

v. in Actis SS. Antuerp. Aug. Tom. I, pag. 545 ſeqq.

Fr. CONSTINI, *Epiſcopi Vrbeuetani*, Vita S. DOMINICI, cum variis appendicibus.
v. in *Iac.* QVETIF et *Iac.* ECHARDI Scriptor. Ord. Praedicator. Tom. I, pag. 25-70.

BARTHOLOMAEI, *Tridentini*, Vita S. DOMINICI.
v. in Actis SS. Antuerp. Aug. Tom. I, pag. 559-562.

Acta ampliora a F. THEODORICO *de* APOLDIA, ex variis collecta.
v. in *Laur.* SVRII Vitis SS. d. 5 Aug. pag. 53.

—— Eadem, cum annotationibus.
v. in Actis SS. Antuerp. Aug. Tom. I, pag. 562 ſeqq.

Nicol. IANSSENII Vita S. P. DOMINICI, Ordinis Praedicatorum fundatoris. *Antuerp. ap. Henr. Aertſſium, 1622, 8.*

Chriſtoph. FINOTTI Oratio de laudibus D. DOMINICI, S. Ordinis Praedicator. inſtitutoris.
v. inter *Eius* Oratt. pag. 86-94. *Venet. 1647, 8.*

Antoine TOURON *La Vie de S.* DOMINIQVE de GUZMANN, *fondateur de l'Ordre des Freres Prêcheurs, avec l'Hiſtoire abregée de ſes premiers diſciples.* Paris, *chez Giſſey &c. 1739*, 4.

*

Ambroſio *de* MORALES *Diſcurſo de la verdadera deſcendencia del glorioſo* Doctor S. DOMINGO de la caſa *de* GUZMAN.
v. *en el fine del Tomo III de la Cronica de Eſpaña del miſmo*, fol. 332-350. *Cordona, 1586, fol.*

Ant. TOURON *Diſſertation critique touchant l'origine de* S. DOMINIQVE, *ou Recueil des pieces, qui conſtatent ſa deſcendance de la maiſon de* GUZMAN.
v. *à la fin de Sa Vie de* S. DOMINIQVE, pag. 744-774.

Antonini BREMOND de *Guzmana* Stirpe S. DOMINICI, fundatoris familiae Fratrum Praedicatorum, hiſtorica Demonſtratio. *Romae, typis Hieron. Mainardi, 1740, 4.*

Diſſertatio, quo anno B. DOMINICVS Iter Hiſpanicum et exinde Pariſienſe aggreſſus eſt et confecit.
v. in *Iac.* QVETIF et *Iac.* ECHARDI Scriptor. Ordin. Praedicat. Tom. I, pag. 77-81.

Diſſertatio, quo anno B. DOMINICVS NEAPOLEONEM, STEPHANI *Cardinalis* a *Foſſanoua* conſanguineum ſuſcitauit etc.
v. ibid. pag. 81-85.

B.) *Hiſtoria Ordinis S.* DOMINICI *generatim.*

Anonymi breuis Hiſtoria Ordinis Fratrum Praedicatorum, ex MS. S. SABINAE anni 1367 eruta a *Io.* MABILLONIO.
v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſini* DVRANDI Collect. ampliſſ. vett. Scriptor. Tom. VI, col. 231-344. *Pariſ. 1729, fol.*

Anonymi Chronica breuiſſima RR. Magiſtrorum generalium Ordinis Praedicatorum.
v. ibid. col. 344-395.

Bernardi GVIDONIS Libellus ſeu Tractatus Magiſtrorum Ordinis Praedicatorum et Priorum Prouincialium Prouinciae Toloſanae.
v. ibid. col. 397-436.

Acta Capitulorum generalium Ordinis Praedicatorum, ab anno 1234 vſque 1316.
v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſini* DVRANDI Theſauro nouo Anecdotor. Tom. IV, col. 1669-1964. *Pariſ. 1717, fol.*

Numerus monaſteriorum monialium Ordinis Praedicatorum, ex MS. Bibliothecae Reg. Pariſ.
v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſ.* DVRANDI Collect. ampliſſ. veter. Scriptor. Tom. VI, col. 539-548. *Pariſ. 1729, fol.*

Lean-

Digitized by Google

Leandri ALBERTI de viris illuſtribus Ordinis Praedicatorum Libri VI, auctoribus *Io.* GARZONE, *Io. Ant.* FLAMINIO, *M. Ant.* FLAMINIO, *Seb.* FLAMINIO, FRANCISCO *Caſtelionenſi*, *Leand.* ALBERTO, *Io.* CAROLI, *Barth.* MORTANO, NICOLAO *Brixiano*, GEORGIO *Mediolanenſi*. *Bononiae*, *in aed. Hieron. Platonis*, *1517*, *fol.*

ANTONII *Senenſis*, Bibliotheca Ordinis Fratrum Praedicatorum etc. *Pariſ. 1585*, *8.*
Titulum plenum vid. ſupra huius Catal. Tom. I, Vol. I, pag. 617, a.

Gio. Mich. PIÒ *delle Vite degli Huomini illuſtri di* S. DOMENICO, *Parti II.* Bologna, *appr. Gio. Batt. Bellagamba*, *1607*, *fol.*

Alphonſi FERNANDEZ Concertatio Praedicatoria, pro Eccleſia Catholica, contra haereticos, gentiles, Iudaeos et Agarenos, per epitomen in Annales diſtributa. Acceſſit notitia Scriptorum, Praeſulum, Regum Confeſſariorum etc. *Salmanticae*, *excud. Didacus a Cuſſio*, *1618*, *fol.*

Legende dorée ou Sommaire de l'Hiſtoire des freres mendians de l'Ordre de DOMINIQVE *& de* FRANÇOIS, *comprenant briefuement & veritablement l'origine*, *le progrez*, *la doctrine & les combats d'içeux*, *tant contre l'Egliſe Gallicane principalement*, *que contre les Papes*, *& entr'eux mêmes depuis quatre cent ans.* A Leyde, *pour Jean Le Maire*, *1608*, *8.*

—— *Le même Livre.* Amſterd. *aux depens de la Compagnie*, *1734*, *8.*

Ambr. de ALTAMVRA Bibliotheca Dominicana, ab Ordinis conſtitutione, vſque ad annum 1600. *Romae*, *typis Nicol. Ang. Tinaſſii*, *1677*, *fol.*

Antonini CLOCHE, *Generalis Ordin. Praedicat.* Epiſtola circulatoria ad quoſuis ſui Ordinis conuentus, qua ad Annales Ordinis Praedicat. componendos eos hortatur, ſcripta ao. 1714.
v. *nel Giornale de' Letterati d' Ital.* Tom. XIX, pag. 430-435.

Iac. QVETIF Scriptores Ordinis Praedicatorum recenſiti etc. praemittitur in prolegomenis notitia Ordinis, ab initio ad an. 1500, et ſeries Capitulorum generalium iis annis habitorum. Tom. I, II. *Lutet. Pariſ. 1719*, *fol.* Voll. II.
Titulum integrum vid. ſupra huius Catal. Tom. I, Vol. I, pag. 617, a.

Antoine TOURON *Hiſtoire des Hommes illuſtres de l'Ordre de* S. DOMINIQVE &c. *Tom. I-V.* Paris, *chez Babuty*, *1743-1749*, 4. Voll. V.
Titulum plenum vid. ſupra, l. c. pag. 617, b.

Bullarium Ordinis FF. Praedicatorum, opera *Thomae* RIPOLL editum, et ad autographam fidem recognitum, variis Appendicibus, Notis, Diſſertationibus ac Tractatu de conſenſu Bullarum illuſtratum ab *Antonino* BREMOND, Tom. I-VI, ab Ao. 1215-1735. *Romae*, *ex typograph. Hieron. Mainardi*, *1729-1735*, *fol.* Voll. VI.

C) *Hiſtoria ſpecialis Ordin. Praedicatorum in certis Prouinciis.*

Andr. ROVETTA Bibliotheca chronologica illuſtrium Virorum Prouinciae Lombardiae, ſ. Ordinis Praedicatorum, qui ab Ordine condito, ad haec vſque tempora in Eccleſiae vtilitatem calamum acuerunt. *Bonon. typis Ioſ. Longi*, *1691*, *fol.*

Bernardi GVIDONIS Hiſtoria fundationum Conuentuum Ordinis Praedicatorum *Toloſanae* et *Prouinciae* prouinciarum, ex MS. Bibliothecae Reg. Pariſ.
v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſini* DVRANDI Collect. ampliſſ. veter. Scriptor. Tom. VI, col. 437-540. *Pariſ. 1729*, *fol.*

Breuis

Breuis Hiſtoria Conuentus Pariſienſis Fratrum Praedicatorum, ex MSto S. VICTORIS.

v. ibid. col. 549-566.

Hyacinthi CHOQVETII Sancti Belgii Ordinis Praedicatorum. *Duaci, typis B. Belleri*, 1618, 8.

Bernardi de IONGHE Belgium Dominicanum, ſiue Hiſtoria Prouinciae Germaniae inferioris S. Ordinis Praedicatorum, ex antiquis Manuſcriptis, probatis auctoribus, litteris originalibus nunquam impreſſis, inſtrumentis authenticis et Archiuis eruta. *Bruxellis, typis Franc. Foppens*, 1719, 4. cum figg.

D) *Hiſtoria Fraternitatis SS. Roſarii B.* MARIAE *Virg.*

Io. Andr. COPPENSTEIN Clauis praedicandi Roſarium et Inſtitutum Fraternitatis eiusdem, Libri II. *Colon. Agripp. ex offic. Petri Haack*, 1613, 8.

—— De Fraternitatis SS. Roſarii B. Virg. MARIAE ortu, progreſſu, ſtatu atque praecellentia Libri III ab auctore recogniti. *Heidelberg. ex typograph. Dav. Fuchſii*, 1629, 8.

Petri LOVVET Theſaurus apoſtolicus gratiarum et priuilegiorum confraternitatum S. Roſarii B. Virg. MARIAE et Sancti nominis IESV. *Valencenis, ex offic. Io. Verulitii*, 1635, 8.

E) *Vitae ſingulares Virorum Foeminarumque illuſtrium Ordinis Praedicatorum.*

Acta B. IORDANI Generalis II Ordin. Praedicator. ex vitis Fratrum Ord. Praedicator. MSS. et Duaci editis, auctoritate HVMBERTI collectis, et a *Gerardo* FRACHETO conſcriptis, cum Commentario praeuio et notis *Godefr.* HENSCHENII.

v. in Actis SS. Antuerp. Februar. Tom. II, pag. 720-739.

Vita et miracula S. *Raimundi* de PENNAFORTI, Generalis III Ordin. Praedicator. ex variis auctoribus collecta, cum Commentario praeuio et notis *Io.* BOLLANDI.

v. in Actis SS. Antuerp. Ianuar. Tom. I, pag. 404-429.

Steph. SAMPAYI Vita B. *Petri* de GONSALEZ, vulgo nautico apud Hiſpanos, nunc dicto SANT-ELMO, cum Commentario praeuio et notis *Dan.* PAPEBROCHII.

v. in Actis SS. Antuerp. April. Tom. II, pag. 389-399.

Thomae de LANTINO Vita S. PETRI, martyris, Ordinis Praedicator. aucta ab *Ambroſ.* TAEGIO, cum Commentario praeuio et annotatis *Godefr.* HENSCHENII.

v. in Actis SS. Antuerp. April. Tom. III, pag. 678-719.

Didaci de ROSARIO Vita S. *Gonſalui* AMARANTHI, ex Luſitanico Latine verſa a *Steph.* SAMPAYO, cum annotatis *Io.* BOLLANDI.

v. in Actis SS. Antuerp. Ianuar. Tom. I, pag. 640-650.

Vita S. THOMAE *de* AQVINO, Ordinis Praedicatorum.

vid. ſupra huius Catal. Tom. I, Vol. II, pag. 1032.

Petri RANZANI Vita S. *Vincent.* FERRERII, Ordin. Praedicator. ex Cod. MS. Vltraiectino, cum Commentario praeuio et notis *Godefr.* HENSCHENII, additis miraculis Sancti, ex variis auctoribus.

v. in Actis SS. Antuerp. April. Tom. I, pag. 477-5 9.

Fr. RAIMVNDI, *Capuani*, Vita S. CATHARINAE *Senenſis*, Virginis de poenitentia S. DOMINICI, ex editione Colonienſi

lonienſi collata cum MS. cum Commentario praeuio et notis *Daniel.* PAPEBROCHII.

v. in Actis SS. Antuerp. April. Tom. III, pag. 851-*959*.

BARDVCCII Epiſtola de morte S. CATHARINAE *Senenſis*, ex editione Veneta an. 1607 Latine reddita.

v. ibid. pag. *959*-961.

STEPHANI Epiſtola de geſtis et virtutibus S. CATHARINAE, ex MS. Rubeaevallis prope Bruxellas.

v. ibid. pag. 961-977.

Mich. Angelo FORTI *breve Compendio della vita di* S. CATERINA *da Siena.* Gubbio, *per Nic. Mattioli*, *1708*, *12.*

Proceſſus conteſtationum ſuper Sanctitate et doctrina B. CATHARINAE *de Senis*, ex MS. Cod. maioris Carthuſiae.

v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſini* DVRANDI vet. Script. et Monum. ampl. Collect. Tom. VI, col. 1237-1386. *Pariſ. 1729*, *fol.*

Leone ALLACCI *Vita di* Maria RAGGI da Scio, *del terzo Ordine di* S. DOMENICO. *In* Roma, *per il Maſcardi*, *1654*, 4.

Domenici Mariae MARCHESII *Wunderbarliches Leben der Dienerin Gottes* Mariae VILLANI, Ordinis S. DOMINICI, *Stiffterin des Jungfräul. Cloſters von der Göttlichen Liebe zu Neapolis*, *aus der Welſchen Sprache in die Teutſche überſetzt.* Franckfurt, *bey Onophr. Seiler*, *1712*, *8.*

* *

§. VII.

HISTORIA ORDINVM SS. TRINITATIS DE REDEMTIONE CAPTIVORVM ET S. *MARIAE* DE MERCEDE REDEMTIONIS CAPTIVORVM.

Didaci a MATRE DEI Chronica diſcalceati Ordinis SS. Trinitatis de redemtione captiuorum. *Pars I*, ab exordio reformationis, ſiue ad antiquam perfectionem regreſſus vſque ad annum 1647, olim Hiſpanico idiomate conſcripta, nunc praemiſſa ex praecipuis auctoribus epitome prooemiali, continente vitas SS. Patriarcharum *Ioannis* de MATTA et *Felicis* de VALOIS etc. lingnae Latinae mandata, notisque marginalibus illuſtrata per *Florianum* a S. IOSEPHO. *Vetero-Pragae*, *per Io. Georg. Behr*, *1726*, *fol.*

Franc. ZVMEL Vita S. *Petri* NOLASCI, fundatoris Ordinis S. MARIAE de Mercede redemtionis captiuorum, in Hiſpania, cum notis *Io.* BOLLANDI.

v. in Actis SS. Antuerp. Ianuar. Tom. II, pag. 980-990.

Manuel Mariano RIBERA *Centuria primera del real y militar Inſtituto de la inclita Religion de nueſtra Señora de la Merced redempcion de Cantivos Chriſtianos.* Barcelona, *por Pablo Campins*, *1726*, *fol.*

Digitized by Google

* *

§. VIII.

HISTORIA ORDINIS SERVORVM B. VIRGINIS *MARIAE* [VVLGO *SERVITARVM*].

PAVLI, *Florentini*, Dialogus de origine Ordinis Seruitarum, ex Bibliotheca Laurentiana a *Io.* MABILLONIO erutus.

v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſini* DVRANDI veter. Scriptor. et Monument. Collect. ampliſſ. Tom. VI, col. 567-594. *Pariſ.* 1729, *fol.*; et in *Io.* LAMII Deliciis Eruditor. Vol. XII, pag. 1-48. *Florent.* 1742, 8.

Barthol. CRATINI Epiſtola ad *Io.* TRITHEMIVM de origine Ordinis Seruorum S. MARIAE, ſcripta ao. 1514, ex MSto.

v. *in* Io. Chph. *von* DREYHAUPT *Hiſtor. Beſchreib. des Saal - Creyſſes*, I *Theil*, pag. 772. *Halle*, 1749, *fol.*

Amidei Mariae MARKEL Speculum virtutis et ſcientiae, ſeu Viri illuſtres Ordinis Seruorum, qui prae caeteris, ſeu religione, ſeu eruditione conſpicuis, pietate, doctrina, dignitate per quinque Secula floruere. *Norimb.* et *Viennae*, *ap. Io. Adam Schmidt*, 1748, 4.

Pauli ATTAVANTI Vita B. IOACHINI, *Senenſis*, Ordinis Seruor. B. MARIAE, ex Cod. MS. Florentino Conuentus Annunciatae, cum Commentario praeuio et notis *Godefr.* HENSCHENII.

v. in Actis SS. Antuerp. April. Tom. II, pag. 454-465.

Vita B. FRANCISCI, *Senenſis*, Ordinis Seruor. B. MARIAE, ex *Michael.* POCCIANTII Chronico eiusdem Ordinis, cum Commentario praeuio ac notis *Dan.* PAPEBROCHII et aliis ad vitam B. FRANCISCI pertinentibus.

v. in Actis SS. Antuerp. Maii, Tom III, pag. 655-666; Tom. VII, pag. 790.

Vita *Paul.* SARPII, *Seruitae.*

vid. ſupra huius Catal. Tom. I, Vol. II, pag. 1578.

Gregorio Luigi TONELLI *Breve Racconto de' più ſingolari accidenti occorſi nella vita e morte di Suor* Caterina BUONFRIZIERI, Fiorentina, *del Terz' Ordine de' Servi di* MARIA Vergine. *In* Lucca, *per Leonardo Venturini*, 1709, 4.

* *

§. IX.

HISTORIA ORDINIS SORORVM POENITENTIVM B. *MARIAE MAGDALENAE.*

Conſtitutiones Sororum poenitentium S. MAR. MAGDALENAE, ex Cod. MS.

v. in *Raim.* DVELLII Miſcellan. Lib. I, pag. 168-198. *Aug. Vindel.* 1723, 4.

§. X.

Digitized by Google

* *

§. X.

HISTORIA ORDINIS CLERICORVM APOSTOLICORVM, SIVE *IESVATORVM* S. *HIERONYMI.*

Io. Bapt. ROSSI Vita B. *Ioan.* COLVMBINI, fundatoris Ordinis Ieſuatorum, cum Commentario praeuio [in quo multa de origine et progreſſu Ordinis] et notis *Guil.* CVPERI.

v. in Actis SS. Antuerp. Iul. Tom. VII, pag. 333-408.

* *

§. XI.

HISTORIA ORDINIS *EREMITARVM* S. *HIERONYMI.*

Vitae Compendium B. *Petri* GAMBACVRTI, *Piſani*, fundatoris pauperum Eremitarum S. HIERONYMI, ex Latino MS. veteri Neapoli editum, et ex Italico *Bernardini* PVCCII illuſtratum, cum Commentario praeuio *Dan.* PAPEBROCHII.

v. in Actis SS. Antuerp. Iun. Tom. III, pag. 533-549.

Anton. Maria BONUCCI *Iſtoria della vita e miracoli del* B. Pietro GAMBACORTI, *fondatore della Congregazione de' Romiti di* San GIROLAMO. *In* Roma, *dalla ſtamp. di Gio. Maria Salvioni, 1716*, 4.

Io. Bapt. SAIANELLI Hiſtorica monumenta Ordinis S. HIERONYMI, Congregationis B. *Petri* de PISIS, quatuor libris digeſta. *Venet. apud Ioſeph. Corona*, 1728, 4.

Domenico Maria MANNI *Oſſervazioni iſtoriche della Inſtituzione & de' varii Conventi dell' Ordine degli Eremiti di* S. GIROLAMO.

v. *nell' Oſſervazioni di* D. M. MANNI *ſopra i Sigilli antichi*, Tom. VII, pag. 57-66. *Firenze*, 1741, 4.

* *

§. XII.

HISTORIA CLERICORVM REGVLARIVM *THEATINORVM*, MINISTRANTIVM INFIRMIS, CONGREGATIONIS SOMMASCHAE.

Ant. CARACCIOLI Vita S. CAIETANI THIENAEI, Conf. Clericorum Regularium, vulgo Theatinorum, fundatoris, Neapoli in Campania, cum Commentario praeuio et annotatis *Io.* PINII.

v. in Actis SS. Antuerp. Aug. Tom. II, pag. 282 ſeqq.

Steph. PEPE *Wunderwercke, welche Gott auf Fürbitte des* Seel. CAETANS TIENE, *Stiftert der Regulirten Theatiner-*

ner - Prieſter gewircket hat. Aus dem Welſchen in das Teutſche überſetzt durch Joh. Georg *von* WERNDLE. *Straubing, durch Simon Haaniſch Erb. 1662, 4.*

*

Santii CICATELLI Vita P. *Camilli* de LELLIS, fundatoris religionis Clericorum regularium infirmis miniſtrantium, Italice ſcripta, nunc Latinitate donata a *Petro* HALLOIX. *Antuerp. ex officina Plantiniana, 1632, 8.*

*

Auguſtini TVRTVRA de vita *Hieron.* AEMILIANI, Congregationis, Somaſchae fundatoris, Libri IV. *Romae, typis Franc. Monetae, 1657, 8.*

—— Eadem Vita, cum Commentario praevio et notis *Godofr.* HENSCHENII.

v. in *Actis* SS. Antuerp. Februar. Tom. II, pag. 217-274.

Theoph. RAYNAVDI Vita *Caeſaris* de BVS, auctoris Congregationis doctrinae Chriſtianae, [vnitae a PAVLO V Congregationi Clericor. regular. de Somaſcha].

v. in *Eiusd.* Triade Fortium Dauid, pag. 331-496. *Lugd. 1657, 4.*

Iac. GOVDOVR Vita viri Dei, *Caeſ.* de BVS, Congregationis doctrinae Chriſtianae inſtitutoris. *Toloſae, ap. Raym. Boſc, 1671, 12.*

Conſtitutiones pro Nouitiis primae probationis et adoleſcentibus profeſſis ſecundae probationis Clericorum regularium Congregationis Somaſchae et doctrinae Chriſtianae in Gallia, editae iuſſu Reuer. Patris generalis. *Venet. ap. Hieron. Albriccium, 1689, 8.*

* *

§. XIII.

HISTORIA ORDINIS *HOSPITALITATIS* SEV FRATRVM CHARITATIS.

Franc. de CASTRO Vita IOANNIS *de Deo*, fundatoris Ordinis de Hoſpitalitate Granatae in Hiſpania, ex Hiſpanico Latine reddita, cum Commentario praeuio et notis.

v. in *Actis* SS. Antuerpienſ. Mart. Tom. I, pag. 809-835.

Anton. GOVEA Vita *Eiusdem*, ex Hiſpanico Latine reddita, cum notis.

v. in *Act.* SS. Antuerp. l. c. pag. 835-860.

Vita di S. GIOVANNI di Dio, *Padre de' Poveri, e Fondatore della Religione de' Padri fate ben fratelli, deſcritta da un Religioſo della Comp. di* GIESV. *In* Roma, *per Girol. Mainardi, 1725, 12.*

* *

§. XIV.

HISTORIA VARIORVM ORDINVM SANCTIMONIALIVM AD REGVLAM S. *AVGVSTINI* VIVENTIVM.

Vita S. *Franc.* SALESII, fundatoris Ordinis Sanctimonialium Virginis MARIAE.

v. ſupra huius Catal. Tom. I, Vol. II, pag. 1573, et Vol. III, pag. 2162, b.

La

La Vie en abregé de [Jeanne Françoiſe FREMIOT] Baronne *de* CHANTAL, *premiere mère & fondatrice de l'Ordre de la viſitation de* Ste MARIE. Paris, *chez Simon Benard*, *1697*, 12.

SECTIO V.

HISTORIA ORDINIS S. *BENEDICTI*, ALIORVMQVE ORDINVM SVB *EIVSDEM* REGVLA MILITANTIVM.

§. I.

VITA S. *BENEDICTI.*

S. GREGORII, *Pontificis Rom.* Vita S. BENEDICTI, ex Libro II Dialogorum GREGORII M.

v. in *Laur.* SVRII Vitis SS. d. 21 Mart. pag. 229-238.

—— Eadem, notis illuſtrata ab *Angelo* de NVCE.

praemiſſa eſt LEONIS *Oſtienſ.* Chronico Caſinenſi, pag. 1-78. *Lutet. Pariſ. 1668*, *fol.*; et in *L. A.* MVRATORII Scriptor. Rer. Ital. Tom. IV, pag. 185-239.

—— Eadem, cum notis *Io.* MABILLONII.

v. in *Io.* MABILLONII Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. I, pag. 3-35.

—— Eadem, cum variis MSS. collata, Commentario praeuio et notis illuſtrata.

v. in Actis SS. Antuerp. Mart. Tom. III, pag. 274-288.

—— Eadem, Latino-Graeca. Textus Latinus cum duobus Codd. MSS. Sublacenſibus nunc primum comparatur, exhibitis etiam variantibus veterum editionum lectionibus. Verſio Graeca, auctore ZACHARIA *Papa*, cum Cod. MS. Abbatiae Florentinae confertur. *Altera Pars* veterum Carmina, Sermones et Homilias de S. BENEDICTO complectitur. *Poſtrema* variorum notas in eamdem vitam, contractas, et ad examen reuocatas in medium affert. *Venet. apud Anton. Bortoli*, *1723*, 4.

—— *La medeſima, tradotta nel volgare Italiano da* Gio. Pietro MAFFEI.

v. *in* Gio. Piet. MAFFEI *Vite di XVII Confeſſori di* CHRISTO, pag. 212-232. *Rom. 1601*, 4.

Pauli [WARNEFRIDI] *Diaconi Aquileienſis* [Sec. VIII] Homilia de S. P. BENEDICTO.

v. in *Io.* MABILLONII Annal. Benedict. Tom. I, pag. 674, 675; et cum Vita S. BENEDICTI Latino-Graeca, Part. II, pag. 55-58. *Venet. 1723*, 4.

ADALBERTI, *monachi Floriacenſ.* [Sec. IX] Hiſtoria Translationis S. BENEDICTI et SCHOLASTICAE in Galliam.

v. [ſub ADREVALDI nomine] in *Ioan.* a BOSCO Bibliotheca Floriac. pag. 1-12. *Lugd. 1605*, 8.

—— Eadem, ex variis MSS. Codd. cum Commentario praeuio et notis.

v. in Actis SS. Antuerp. Mart. Tom. III, pag. 299-305.

—— Eadem, ex praecedentibus editionibus et MSS. cum Diſſertatione praeuia et notis *Io.* MABILLONII.

v. in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. II, pag. 337-358.

ADREVALDI, *monachi Floriacenſ.* [Sec. IX] Liber vnicus de miraculis S. BENEDICTI, cum ADELERII appendice.
v. in *Io.* a BOSCO Biblioth. Floriac. pag. 13-78.

— Idem, ex MSS. et *Io.* a BOSCO, cum notis.
v. in Actis SS. Antuerp. Mart. Tom. III, pag. 305-316.

— Idem, ex praecedentibus editionibus et MSS. cum notis *Io.* MABILLONII.
v. in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. II, pag. 369-394.

ODONIS, *Abbatis Cluniacenſ.* [Sec. X] Sermo de S. BENEDICTO.
v. in *Io.* a BOSCO Biblioth. Floriac. pag. 258-270; et in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. II, pag. 363-369; et cum Vita Latino-Graeca S. BENEDICTI, Part. II, pag. 59-70. *Venet.* 1723, 4.

AYMOINI, *monachi Floriacenſis*, [Sec. XI] Libri II de miraculis S. BENEDICTI.
v. in *Io.* a BOSCO Biblioth. Floriac. Part. I, pag. 79-148.

— Iidem Libri II, ex MSS. et *Ioanne* de BOSCO, cum notis.
v. in Actis SS. Antuerp. Mart. Tom. III, pag. 316-334.

— Iidem Libri II, ex praecedentibus editionibus, cum notis *Io.* MABILLONII.
v. in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. IV, Part. II, pag. 356-390.

— Sermo de S. BENEDICTO.
v. in *Io.* a BOSCO Biblioth. Floriac. Part. I, pag. 270-298; et cum Vita Latino-Graeca S. BENEDICTI, Part. II, pag. 70-88. *Venet.* 1723, 4.

— Hiſtoria metrica de translatione S. BENEDICTI in Galliam, ex Tomo II Hiſt. *Franc. Andreae* CHESNII.
v. in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. II, pag. 359-363.

GOFFRIDI ſ. GAVFRIDI, *Vindocinenſis Abbat.* [Sec. XI] Sermo de S. BENEDICTO.
v. in *Eius* Opp. et cum Vita Latino-Graeca S. BENEDICTI, Part. II, pag. 88-92.

Petri DAMIANI [Sec. XI] Sermo in vigilia S. BENEDICTI, et homilia in eius feſto die.
v. in *Eius* Opp. Tom. II, pag. 166-169, *Lugd.* 1623, *fol.*; et cum Vita Latino-Graeca S. BENEDICTI, Part. II, pag. 92-96.

DESIDERII, *Abbatis Caſinenſis*, poſtea *Papae* VICTORIS III, Dialogi de miraculis in Italia factis a S. BENEDICTO, [ſcripta Sec. XI].
v. in Bibliotheca PP. Lugdunenſi, Tom. XVIII, pag. 836; et in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Secul. IV, Part. II, pag. 425-461.

DIEDERICI, *monachi*, [Sec. XI] de illatione reditune corporis S. BENEDICTI Aurelianis ad Floriacum, Liber vnicus.
v. in *Io.* a BOSCO Biblioth. Floriac. Part. I, pag. 219-231.

— Idem, cum notis *Io.* MABILLONII.
v. in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. IV, Part. II, pag. 350-355.

Rodolphi TORTARII, *Floriacenſ. monachi*, Liber de miraculis S. BENEDICTI, ſcriptus ſub finem Seculi XI.
v. ſub *anonymi* nomine in *Io.* a BOSCO Biblioth. Floriac. Part. I, pag. 149-218.

— Idem, cum notis et appendice.
v. in Actis SS. Antuerp. Mart. Tom. III, pag. 336-357; et in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. IV, Part. II, pag. 390-424.

S. BERNARDI, *Abbat. Clarcuall.* [Sec. XII] Sermo de S. BENEDICTO.
v. inter S. BERNARDI Opp. et cum Vita Latino-Graeca S. BENEDICTI, Part. II, pag. 97-100.

GVERRICI, *Abbatis Igniacenſ.* [Sec. XII] Sermones in laudem S. BENEDICTI.
v. inter *Eius* Opp. in Bibl. PP. Lugdun. Tom. XXIII; et cum Vita Latino-Graeca S. BENEDICTI, Part. II, pag. 101-104.

PETRI,

Digitized by Google

PETRI, *Diaconi Caſinenſ.* [Sec. XII] Hiſtorica Relatio de corpore S. BENEDICTI, ex MS. *Cardinalis* SANSEVERINI, cum notis.
v. in Actis SS. Antuerp. Mart. Tom. III, pag. 288-298; et cum Vita Latino-Graeca S. BENEDICTI, Part. II, pag. 105-135. *Venet.* 1723, 4.

Hugonis VAILLANT in noua translatione corporis S. Patris BENEDICTI apud Floriacum in capſam argenteam, Epinicium, Euchariſticon, Odae III, nec non de eiusdem translatione ex monte Caſino ad Floriacenſe coenobium, Carmen heroicum. *Pariſ. e typograph. Iac. Roger*, 1663, 4.

Carlo DATI *Orazione delle lodi di* S. BENEDETTO.
v. *nella Raccolta di Proſe Fiorentine*, Part. I, Vol. V, pag. 46-61. In *Firenze*, 1722, 8.

Io. MABILLONII Obſeruationes de genere S. BENEDICTI.
v. in *Eiusd.* Annal. Benedictin. Tom. I. in Append. II, pag. 675-677. *Pariſ.* 1703, *fol.*

Angeli de NVCE Diſſertatio de forma corporis S. BENEDICTI.
v. in LEONIS *Oſtienſ.* Chronico Caſinenſi, pag. 72-75. *Pariſ.* 1668, *fol.*; et in *L. A.* MVRATORII Scriptor. Rer. Italicar. Tom. IV, pag. 236, 237.

Angeli de NVCE Diſſertatio chronologica, quo die quoue anno S. BENEDICTVS obierit.
v. in LEONIS *Oſtienſ.* Chronico, pag. 92, 93; et in *L. A.* MVRATORII Scriptor. Rer. Ital. Tom. IV, pag. 250, 251.

Io. MABILLONII Obſeruatio de die et anno obitus S. P. BENEDICTI.
v. in Praefat. ad Acta SS. Ordin. S. Benedict. Sec. I, §. II, pag. 11-20.

* *

§. II.

SCRIPTORES HISTORIAE ORDINIS S. *BENEDICTI* GENERALES.

Arnoldi WION Lignum vitae, ornamentum et decus Eccleſiae, in quinque libros diuiſum, in quibus totius S. religionis D. BENEDICTI initia, viri dignitate, doctrina, ſanctitate ac principatu clari, deſcribuntur etc. Acceſſit dilucidatio, quomodo Principes Auſtriaci originem ducant ex *Anicia* Romana familia, quae erat D. BENEDICTI. Pars I, II. *Venet. ap. Georg. Angelerium*, 1595, 4. Voll. II.

—— *Baum des Lebens, oder, Hiſtorie des gantzen Ordens* S. BENEDICTI, *durch* Carol. STENGELIVM *in die Teutſche Sprache gebracht.* Augſpurg, *in Verleg. Dominici Cuſtodis*, 1607, 4.

Auberti MIRAEI Origines *Benedictinae. Coloniae, per Bernard. Gualtherum*, 1614, 8.

Gabr. BVCELINI Menologium *Benedictinum*, Sanctorum, beatorum atque illuſtrium eiusdem Ordinis virorum elogiis illuſtratum etc. Acceſſit Sacrarium ſiue Reliquiarium *Benedictinum*, in quo magnus SS. Reliquiarum theſaurus deſcribitur. *Veldkirchii, ap. Henr. Bilium*, 1655, *fol.*

—— Annales *Benedictini. Auguſtae Vindel. per Praetorium*, 1656, *fol.*

—— Chronologia *Benedictino-Mariana*, Benedictini Ordinis irremiſſum Saeculis duodecim tantae virginis et matris colendae

Digitized by Google

dae ſtudium repraeſentans. *Typis Ducal. monaſterii Campidonenſ. 1671*, 4.

Matthaei WEISS Lyceum *Benedictinum*, ſeu de S. ALCVINO, aliisque bonarum litterarum, ex Ordine S. BENEDICTI, Profeſſoribus publicis, Hiſtoria. *Pariſ. ap. Freder. Leonard*, 1661, 8.

Acta Sanctorum Ordinis S. BENEDICTI, in Saeculorum claſſes diſtributa. Collegit *Lucas* D'ACHERY, ac cum eo edidit et vniuerſum Opus notis, obſeruationibus indicibusque illuſtrauit *Ioan.* MABILLON. *Lutet. Pariſ. apud Ludov. Billaine*, 1668-1701, *fol.* Voll. IX.

Caroli STENGELII Imagines Sanctorum Ordinis S. BENEDICTI, tabellis aereis expreſſae, cum elogiis et eorumdem vitis. *Auguſtae Vindel.* 1675, 4.

Aſcanius TAMBVRINIVS de Regula S. BENEDICTI, deque Congregationibus et militaribus Ordinibus ſub eadem Regula militantibus.

> *v.* in *Eiusd.* Opere de Iure Abbatum Tom. II, pag. 355-428. *Colon. Agripp.* 1691, *fol.*

Ioan. MABILLONII Annales Ordinis S. BENEDICTI, Occidentalium monachorum Patriarchae, in quibus non modo res monaſticae, ſed etiam eccleſiaſticae Hiſtoriae non minima pars continetur. *Tomus I*, complectens Libros XVIII, ab ortu S. BENEDICTI ad annum DCC, cum duplici appendice. *Lutet. Pariſ. ſumt. Caroli Robuſtel*, 1703, *fol.*

— *Tomus II*, complectens res geſtas ab anno CHRISTI DCCI ad annum DCCCXLIX incluſiue, cum appendice. *Ibid.* 1704, *fol.*

— *Tomus III*, complectens res geſtas ab anno CHRISTI DCCCL ad annum DCCCCLXXX incluſiue, cum appendice. *Ibid.* 1706, *fol.*

— *Tomus IV*, complectens res geſtas ab anno CHRISTI DCCCCLXXXI ad annum MLXVI incluſiue, cum appendice. *Ibid.* 1707, *fol.*

— *Tomus V*, complectens res geſtas ab anno CHRISTI MLXVII ad annum MCXVI incluſiue, cum appendice, [poſt obitum MABILLONII editus, cum praefatione *Renati* MASSVET]. *Ibid.* 1713, *fol.*

— *Tomus VI*, complectens res geſtas ab anno CHRISTI MCXVII ad MCLVII incluſiue, cum appendice. Poſt obitum MABILLONII abſoluit et variis additamentis ad Tomos praecedentes exornauit *Edmund.* MARTENE. *Ibid. ſumt. Iac. Rollin*, 1739, *fol.*

Magnoaldi ZIEGELBAVR Nouus rei litterariae Ordinis S. BENEDICTI Conſpectus. *Ratisb.* 1739, *fol.*

> *vid.* ſupra huius Catal. Tom. I, Vol. I, pag. 614.

— Hiſtoria rei litterariae Ordinis S. BENEDICTI in IV Partes diſtributa. Recenſuit, auxit, iuriſque publici fecit *Oliuerius* LEGIPONTIVS. *Auguſtae Vindel.* et *Herbipoli*, *ſumt. Mart. Veith*, 1754, *fol.* Voll. IV.

Ioan. HERMANSSON Diſſertatio de Ordine *Benedictino* monachorum Suio-Gothiae. *Vpſaliae*, 1727, 8.

§. III.

* *

§. III.

DE REGVLA, CONSTITVTIONIBVS ET DISCIPLINA ORDINIS S. *BENEDICTI.*

Regula S. BENEDICTI, cum Commentariis *Ioannis* de TVRRECREMATA. Item de viris illuſtribus Ordinis S. BENEDICTI libri IV *Io.* TRITHEMII, tum etiam Regulae D. BASILII, AVGVSTINI, et S. FRANCISCI. *Colon. Agripp. ap. Geruin. Calenium et haered. Quentelios*, 1575, *fol.*

Regula S. Patris BENEDICTI, annotationibus illuſtrata et integritati nouiter reſtituta a *Iac.* du BRVEL. *Mogunt. ap. Conr. Butgenium*, 1604, 12.

S. BENEDICTI Regula, cum *Proſp.* STELLARTII in eam diſquiſitionibus.

v. in *Proſp.* STELLARTII Regulis omn. Ordin. monaſt. pag. 347-404. *Duaci*, 1626, 4.

— Eadem,

v. in *Luc.* HOLSTENII Cod. Regular. Part. II, pag. 1-70. *Rom.* 1661, 4; et in Biblioth. PP. *Lugdunenſi*, Tom. IX, pag. 640-654; et in *Aſcan.* TAMBVRINII Opere de Iure Abbat. Tom. II, pag. 357-373. *Colon. Agripp.* 1691, *fol.*; et ap. HOSEINIANVM de orig. Monachat. pag. 202-222. *Genev.* 1669, *fol.*

— Eadem, cum variis lectionibus et verſione Teutonica KERONIS, ex MS. Bibliothecae monaſterii S. Galli, nunc primum eruta per *Bernard.* FRANCKIVM, recenſita notiſque illuſtrata a *Io. Georg.* SCHERZIO.

v. in *Io.* SCHILTERI Theſauro Antiquitatt. Teuton. Tom. I. *Vlm.* 1727, *fol.*

RVPERTI, *Tuitienſis*, in quaedam capitula Regulae S. BENEDICTI Libri IV.

v. in *Eius* Opp. Tom. II, pag. 946-970. *Mogunt.* 1631, *fol.*

S. HILDEGARDIS Explicatio Regulae S. BENEDICTI.

v. cum *Eiusd.* Epiſtolis, pag. 232-247. *Colon.* 1566, 4; et in Biblioth. PP. *Lugdunenſi*, Tom. XXIII, pag. 590-594.

Columbani LVZ *Wiſſenſchafft geiſtlicher Ordens-Perſonen, ſonderlich derjenigen, welche unter der Regul des groſſen Heiligen Erz-Patriarchen* BENEDICTI *ſtreiten, mit einer Teutſchen Auslegung über die heil. Regul, und mit Theologiſchen, Hiſtoriſchen, Aſcetiſchen und Critiſchen Anmerckungen.* Coſtantz *und* Ulm, *bey Joh. Friedr. Gaum*, 1751, 4.

Vetus diſciplina monaſtica, ſeu Collectio Auctorum Ordinis S. BENEDICTI, maximam partem ineditorum, qui ante ſexcentos fere annos, per Italiam, Galliam atque Germaniam de monaſtica diſciplina tractarunt, opera et ſtudio * * Presbyteri et Monachi *Benedictini* e Congregat. S. BLASII in Silua nigra. *Pariſ. typis Caroli Oſmont*, 1726, 4.

Contenta huius Operis ſunt:

I. PETRI *Diaconi* Diſciplina Caſinenſis, ex autographo MS. Bibliothecae Caſinenſis.

II. S. STVRMII, *primi Fuldenſ. Abbatis*, Conſuetudines, ex Italia circa medium VIII Seculi Fuldam illatae, nunc auctori ſuo reſtitutae.

III. THEODEMARI Vſus Caſinenſes ad CAROLVM *M.* ſub finem VIII Seculi transmiſſi.

IV. S. BENEDICTI, *Anianenſis*, Capitula de diſciplina monaſtica.

Digitized by Google

V. Capitula monachorum ad Augiam directa ante annum DCCCXVII.

VI. Capitulare Aquisgranenſe, de vita et conuerſatione monachorum.

VII. Capitula monachorum San-Gallenſium ad REGIMBERTVM miſſa.

VIII. GVIDONIS *Faruenſis* et monaſterii S. Pauli Romae diſciplina.

IX. BERNARDI Ordo Cluniacenſis a mendis purgatus, et ad fidem MS. Codicis S. Germani a Pratis caſtigatus.

X. Excerpta ex Diuionenſi diſciplina.

XI. S. WILHELMI Conſtitutiones Hirsaugienſes ſeu Gengenbacenſes Seculo XI factae.

XII. Luxouienſes ritus ex vetuſto Pſalterio Luxouienſis Abbatiae MS. eruti.

XIII. Fragmenta varia veteris diſciplinae monaſticae.

Monachorum *Benedictinorum* Capitulum prouinciale Conſtantienſe de viſitatione ac reformatione monachorum S. BENEDICTI, ex Cod. MS. Bibliothecae Gothanae Ducal.

v. in *Herm.* von der HARDT Actis Concil. Conſtant. Tom. I, Part. XXVI, pag. 1086-1112. *Francof. 1697, fol.*

Martini de SENGING, *Prioris Mellicenſ.* Tuitiones obſeruantiae Regulae S. BENEDICTI, Patribus Concilii Baſil. oblatae.

v. in *Bern.* PEZII Bibliotheca aſcet. Tom. VIII, pag. 503-550. *Ratisbon. 1725, 8.*

Ioan. de WELMING, *Abbat. Mellicenſ.* Epiſtolae de reſtituenda vniuerſim in Ordine S. BENEDICTI monaſtica diſciplina etc. ſcriptae ann. 1559, 1560.

v. ibid. pag. 581-586.

Anonymi Benedictini, circa Seculum XII, Dialogus de eſu volatilium.

v. in *Bern.* PEZII Theſauro Anecdotor. Tom. II, Part. II, col. 543-566. *Aug. Vindel. 1721, fol.*

IOANNIS *de* SPIRA Tractatus de eſu carnium infirmorum Coenobitarum Ordinis S. BENEDICTI, ſcriptus Seculo XV.

v. ibid. col. 567-608.

Io. GERSONII Propoſitiones ſuper eſu carnium apud Religioſos S. BENEDICTI, ſcriptae ao. 1428.

v. in *Eiusd.* Opp. Tom. II, Part. IV, col. 739, 740. *Antuerp. 1706, fol.*

Henr. LVR, *Plebani Dillingenſis*, Epiſtola ad MELCHIOREM, *Abbatem S. Vdalrici Auguſtenſis*, de monachis Ordinis S. BENEDICTI, bonis litteris ac diſciplinis imbuendis, ſcripta ao. 1473.

v. in *Bern.* PEZII Theſaur. Anecdot. Tom. VI, Part. III, pag. 404-410. *Aug. Vindel. 1729, fol.*

* *

§. IV.

HISTORIA CONGREGATIONIS *CASINENSIS*, S. *IVSTINAE* DE PADVA, ET *CAVENSIS*.

LEONIS, *Cardinalis Epiſcopi Oſtienſ.* Chronica S. monaſterii Caſinenſis, continuata a PETRO *Diacono.* Ex manuſcriptis Codicibus ſumma cura et fide, quarta hac editione, notis illuſtrata, primus euulgat *Angelus* de NVCE. Praemittitur in vitam S. BENEDICTI Spicilegium. *Lutet. Pariſ. ex offic. Ludov. Billaine, 1668, fol.*

—— Eadem Chronica, additis Diſſertationibus et notis, quae in praecedenti editione fuerant omiſſae, aliisque poſterioribus hactenus ineditis ex autographo Caſinenſi

Caſinenſi ipſius *Angeli* de NVCE. Suppleta etiam eſt et ad praeſentem ſtatum accommodata deſcriptio S. Montis Caſini.

v. in *Lud. Ant.* MVRATORII Scriptor. Rer. Ital. Tom. IV, pag. 151-628.

Marci Anton. SCIPIONIS Elogia Abbatum S. monaſterii Caſinenſis, luculenta acceſſione aucta et prioribus caſtigatiora. *Neapoli, ap. Iacob. Gaffarum, 1643*, 4.

Cornel. MARGARINI Bullarium Caſinenſe, ſeu Conſtitutiones ſummorum Pontificum, Imperatorum, Regum, Principum, et Decreta ſacrarum Congregationum pro Congregatione Caſinenſi, caeteriſque Regularibus cum eadem directe vel indirecte participantibus. Tom. I. *Venet. typis Omnibenii Ferretti, 1650.* Tom. II. *Tuderti, ex typograph. Vincent. Galaſſii, 1670, fol.*

Eraſmi GATTVLA Hiſtoria Abbatiae Caſinenſis, per Saeculorum ſeriem diſtributa, qua LEONIS Chronicon a PETRO *Diacono* ad annum 1138 continuatum in pleriſque ſuppletur, et ad haec vſque tempora ex probatiſſimis authenticiſque documentis producitur, inſertis, Operis initio, monaſterii deſcriptione, et ad calcem pro laudati Chronici authoribus apologia. Pars I, II. *Venet. apud Sebaſt. Coleti, 1733, fol.*

—— Ad Hiſtoriam Abbatiae Caſinenſis acceſſiones etc. Pars I, II. *Ibid. 1734, fol.*

Ludov. BARBI Liber de initio et progreſſu Congregationis *Benedictinae* S. IVSTINAE *de Padua*, nunc Caſinenſis, nunc primum ex MS. Cod. monaſterii S. *Iuſtinae* Patauii erutus a *Ioſepho Maria* SANDI.

v. in *Bern.* PEZII Theſauro Anecdotor. Tom. II, Part. III, col. 267-308. *Aug. Vindel. 1721, fol.*

Iac. CAVACII Hiſtoria Coenobii S. *Iuſtinae* Patauinae. *Venet. per Andr. Muſchium, 1606*, 4.

Vita S. ALFERII, fundatoris Congregationis Cauenſis Benedictinae in Italia, ex MS. Cauenſi et SVRIO, cum Commentario praeuio et notis *Godefr.* HENSCHENII.

v. in Act. SS. Antuerp. April. Tom. II, pag. 96-101; et in Act. SS. Ordin. S. Benedict. Secul. VI, Part. I, pag. 727-735.

* *

§. V.

HISTORIA ORDINIS BENEDICTINI IN GALLIA, IN PRIMIS CONGREGATIONIS S. *MAVRI*.

Philippi BASTIDE Diſſertatio de antiqua Ordinis S. BENEDICTI intra Gallias propagatione.

v. in Actis SS. Ordinis Benedict. Secul. III, Part. II, in fine, pag. 1-39.

Vita S. MAVRI, *diſcipuli* S. BENEDICTI, per FAVSTVM, *eius condiſcipulum*, ſcripta.

v. in *Laur.* SVRII Vitis SS. Ianuar. pag. 236-245.

—— Eadem, ex multis veteribus MSS. cum Commentario praeuio et notis *Io.* BOLLANDI.

v. in Actis SS. Antuerp. Ianuar. Tom. I, pag. 1038-1050.

—— Eadem, ex MSS. Codd. *Iac.* BRVLIO et *Io.* BOLLANDO, cum notis *Io.* MABILLONII, et cum alia vita metrica.

v. in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. I, pag. 274-298.

Digitized by Google

ODONIS, *Abbatis Glannafol.* Hiſtoria translationis S. MAVRI, ex quatuor veteribus MSS. cum notis.

v. in Actis SS. Antuerp. Ianuar. Tom. I, pag. 1051-1062.

— Eadem Hiſtoria, ex praecedente editione et Codd. MSS. cum notis *Io.* MABILLON.

v. in Actis SS. Ordin. S. Benedict. Sec. IV, Part. II, pag. 165-184.

Theodorici RVINARTI Apologia miſſionis S. MAVRI, monachorum Benedictinorum in Galliis Apoſtoli.

v. in *Io.* MABILLONII Annal. Benedictin. Tom. I, in append. pag. 629-654.

Bernardi PEZ Bibliotheca *Benedictino-Mauriana*, ſeu de ortu, vitis et ſcriptis Patrum Benedictinorum e celeberrima Congregatione S. MAVRI in Francia, Libri II. *Aug. Vindel.* et *Graecii, ſumt. Phil. Io. et Mart. Veith*, 1716, 8.

Filipe *Le* CERF *Bibliotheque hiſtorique & critique des auteurs de la Congregation de* St. MAUR. *A la* Haye, *chez Pierre Goſſe*, 1726, 8.

Io. MABILLON de quibusdam factis *Vincent.* MARSOLLI, Congreg. S. MAVRI Superioris generalis.

v. *dans les Ouvrag. poſthum. de* Jean MABILLON *& de* Thierri RUINART, Tom. II, pag. 33-42. *Pariſ.* 1724, 4.

Ioan. a BOSCO Floriacenſis vetus Bibliotheca Benedictina, Sancta, Apoſtolica, Pontificia, Caeſarea, Regia, Franco-Gallica. *Lugduni, ap. Horat. Cardon,* 1605, 8.

Vincent. BARRALIS Chronologia Sanctorum et aliorum virorum illuſtrium ac Abbatum S. *Inſulae Lerinenſis*, cum annotationibus eiusdem. *Lugd. ſumt. Pet. Rigaud*, 1613, 4.

Jean MABILLON *Lettre touchant le premier inſtitut de l'Abbaye de* Remiremont.

v. *dans les Ouvrag. poſthum. de* J. MABILLON *& de* T. RUINART, Tom. II, pag. 70-91. *Paris*, 1724, 4.

Réponſe des Religieux Benedictins de la Province de Bourgogne, *à un écrit des Chanoines Reguliers de la même Province, touchant la préſéance dans les Etats.*

v. *dans les Ouvrag. poſthum. de* J. MABILLON *&* T. RUINART, Tom. II, pag. 96-174.

Précis de la Defenſe des Religieux Benedictins, contre les Chanoines Reguliers &c.

v. ibid. pag. 174-177.

Replique des Religieux Benedictins, au ſecond écrit des Chanoines Reguliers.

v. ibid. pag. 178-269.

* *

§. VI.

HISTORIA CONGREGATIONIS *CLVNIACENSIS*, *SILVENSIS* ET *TIRONENSIS* IN GALLIA.

Dialogus inter Cluniacenſem monachum et Ciſtercienſem, de diuerſis vtriusque Ordinis obſeruantiis, [ſcriptus Seculo XII] ex MS. Cod. monaſterii Morimundi.

v. in *Edm.* MARTENE et *Vrſini* DVRANDI Theſauro Anecdotor. Tom. V, col. 1569-1654. *Pariſ.* 1717, *fol.*

Bibliotheca Cluniacenſis, in qua SS. Patrum Abbatum Cluniacenſium Vitae, Miracula, Scripta, Statuta, Priuilegia, Chronologiaque duplex, item Catalogus Abbatiarum, Prioratuum, Decanatuum, Cellarum

rum et Eccleſiarum a Cluniacenſi coenobio dependentium, vna cum chartis et diplomatibus donationum earundem. Omnia nunc primum ex MSS. Codd. collegerunt *Martin.* MARRIER et *Andreas* QVERCETANVS, qui eadem diſpoſuit ac notis illuſtrauit. *Lutet. Pariſ. ex officina Niuelliana, ſumt. Sebaſt. Cramoiſy, 1614, fol.*

Vita B. BERNONIS, *primi Abbatis Cluniacenſis*, ex variis auctoribus collecta.

v. in Act. SS. Antuerp. Ianuar. Tom. I, pag. 824-830.

Io. MABILLONII Elogium hiſtoricum B. BERNONIS.

v. in Act. SS. Ordin. S. Benedict. Secul. V, pag. 67-90.

— Obſeruationes de rei monaſticae ſtatu Seculo X maxime in Gallia, vbi de Cluniacenſium Congregatione, ritibus, habitu et propagatione.

v. in Praefat. ad Acta SS. Ordin. S. Benedict. Secul. V, §. IV, pag. 28-46.

S. *Petri* MAVRICII, dicti *Venerabilis*, Statuta Congregationis Cluniacenſis.

v. in *Mart.* MARRIER Biblioth. Cluniacenſ. col. 1353-1376; et in Biblioth. PP. *Lugdunenſi*, Tom. XXII, pag. 1132-1142.

BERTRANDI, HENRICI et IOANNIS *de* BOURBONIO, *Abbatum Clun.* Statuta Cluniacenſia.

v. in *Mart.* MARRIER Biblioth. Cluniac. col. 1541-1616.

Bullarium S. Ordinis Cluniacenſis, complectens plurima Priuilegia, per ſummos Pontifices, tum ipſi Cluniacenſi Abbatiae, tum ex ſubditis monaſteriis hactenus conceſſa, nunc primum collecta per vnum ex Religioſis ſtrictioris obſeruantiae eiusdem Ordinis, quibus acceſſit rotulus, ſeu index Eccleſiarum, quae habent ſocietatem cum Ordine Cluniacenſi. *Lugduni, ap. Anton. Iullieron, 1680, fol.*

Vita S. GERALDI, fundatoris Congregationis Benedictinae Siluenſis in Gallia.

v. infra Lib. VI inter Scriptor. Vitar. Sanctor. ſpecial. ſub Articulo GERALDVS.

Vita B. BERNARDI, fundatoris Congregationis de Tironio, ſiue Tironenſis.

v. infra, l. c. ſub Artic. BERNARDVS.

* *

§. VII.

HISTORIA ORDINIS *CAMALDVLENSIS*.

Petri DAMIANI Vita S. ROMVALDI, *Abbatis*, Congregationis Camuldulenſis, Ordinis S. BENEDICTI, inſtitutoris.

v. in *Pet.* DAMIANI Opp. Tom. II, pag. 336-357. *Lugd.* 1623; et in *Laur.* SVRII Vitis SS. d. 19 Iun.

— Eadem Vita, cum Commentario praeuio et notis *Io.* BOLLANDI.

v. in Actis SS. Antuerp. Februar. Tom. II, pag. 101-124.

— Eadem, cum obſeruationibus praeviis et notis *Io.* MABILLON.

